



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Clypeus Theologiæ Thomisticæ**

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs

[Tractatus de attributis, de visione beatifica, de scientia Dei ac de ejus voluntate et providentia]

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Coloniæ Agrippinæ, 1671**

Disp. IV. De voluntate Dei antecedente & consequente

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77132](#)

do, bonitas creata est obiectum voluntatis libe-  
rae, cognita à Deo. Atque omnis bonitas crea-  
ta in tempore existens ab alterno est cognita à  
Deo, nec potest in tempore de novo cognosci,  
ut paulo ante dicebamus: Ergo uestis obiectum voluntatis Dei liberæ, nequit variationem susci-  
pare.

**A** Tertio modi potest conclusio, impugnando  
sententiam Adversariorum: Nam modus dicen-  
ditur falsus, vel dubio si sit principio, ut con-  
stat ex dictis articulo praecedenti, ubi ostendit-  
ur male probabile esse, voluntatem divinam  
ab omni actu libero potuisse manere suspensam.  
Molana etiam ab aliis fundamento inter muta-  
tionem, & vicissitudinis obumbrationem di-  
stinguit, cum pro eodem accipiat à SS. Patri-  
bus, acutat. ex D. Gregorio lib. 12. Moral.  
cap. 17. ubi ponderans verba illa Jacobi 1. Apud  
quemvis transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio,  
in ipsa enim mutabilitate umbras est, quæ quasi Dei  
phantasias sunt, si hanc per aliquas vicissitudines per-  
mutari, sed quia in Deo mutabiles non ventur nullus  
phantasma umbra in studiis inveniatur. Ergo &c.

Ex dictis patet responsio ad rationem dubi-  
tationis propostam: duplicit enim ad illo  
modo responderi potest. Primo juxta primam ra-  
sonem D. Thomæ, distinguendo Minorem: ex  
nova terminatione ad creaturas, non sequitur  
physica mutatione à priori, & tanquam ex forma  
immutante, concedo Minorē: à posteriori, &  
arguimus, ratione illius, quod præsupponit, nego  
Minorem & Consequentiam. Itaque juxta hanc  
solutionem, ex eo quod in tempore Deus velle  
inciperet non inferretur physica mutatione, quæ  
per decretum fuit tanquam per formam immuta-  
tam, sed quod præsupponatur necessarium fa-  
cta, vel inabilitas, vel in cognitione divina:  
Cād eam ut supra arguebamus, divina voluntate  
mutatione fieri non possit, nisi vel ex eo quod  
objectum incipiatur esse bonum, vel incipiatur ut  
tale cognosci, & neutrū possit de novo con-  
tingere ab physica mutatione; hinc est quod  
ratione decreti in tempore inferatur physica  
mutatione in Deo, non à priori, & quæ fieri de-  
bet per decretum ut formam immutantem, sed  
à posteriori, & ratione illius, quod ad mutationē  
prudenter decreti debet necessarium supponi.

Secundo Respondet potest, consequenter ad  
secundam rationem, negando Minorem: quia  
non stat in tempore superadditi de novo divina  
voluntate terminationem liberam sub conceptu  
terminationis, nisi insuper ei addatur nova actua-  
litas, & consequenter nisi mutetur physique. Ra-  
tione supra adduximus, quia nempe termina-  
tio libera ad creaturas nequit incipere in tem-  
pore in voluntate divina, nisi vel ad novitatem  
objecti, vel variationem entitatis actus: cum  
que in objecto nequeat esse novitas, quia termi-  
nat in eternitate contentum, in qua nulla  
variatione, vel successio, consequens fit, quod  
debet necessarium intercedere novitas in entita-  
tibus, ut in tempore incipiatur in Deo libera ter-  
minationis ad creaturas.

Ex quo patet responsio ad confirmationem,  
concedo enim Antecedente, neganda est Con-  
sequencia & paritas. Ratio discriminis est, quia  
denominatio creatris sumitur ab actu voluntatis  
velut esse divinum a qualiter transiente &  
connotante objectum prout in propria mensura  
existens: cum autem objectum, prout in propria  
mensura incipiatur in tempore, consequens fit,

quod absque novitate in entitate adactus possit de-  
nominatione illa in tempore incipere. Denomi-  
natione autem libere voluntatis non connotat objec-  
tum prout in propria duratione, sed prout in  
mensura eternitatis contentum, in quo prout  
sic novitas esse nequit; ac proinde nec denomina-  
tione voluntatis de novo, nisi entitas actus in seipso  
varietur.

## DISPUTATIO IV.

De voluntate Dei antecedente &  
consequente.

**C**elebris est divisio voluntatis Dei in antece-  
denter, & consequenter, quam Theolo-  
gi à Damasco, qui p̄imus eam in scho-  
las induxit, accepterunt; & circa illam plures oe-  
curreunt difficultates & graves controverſiae, quæ  
hī temporibus inter Thomistas & Modernos a-  
gitantur, & quas sequentibus articulis exinde  
discutiemus, ac resolvemus.

## ARTICULUS I.

Quid sit voluntas antecedens & consequens  
benepacitati & signi?

## S. I.

## Prima pars quesiti resolvitur.

**D**Icti omnes Theologi unanimi consensu hāc  
divisionem recipiant cum D. Thomā hic art.  
6. ad 1, illam tamen eodem modo non explicat,  
ne cinelligunt. Molina enim, Vásquez, Lessius,  
& alij Recentiores communiter docent, volun-  
tatem illam in Deo dici antecedentem, quæ ante-  
cedit nostrum consensum & prævisionem me-  
ritorum, vel demeritorum: consequentem ve-  
ro illam, quæ supponit consensum liberi arbitrij,  
& præscientiam meritorum, vel demeritorum:  
Thomistæ autem cum S. Doctor exigitant,  
voluntatem antecedentem esse illam, quâ ali-  
quid amatū consideratum solum secundum se;  
& ut præsumtū à circumstantijs, cum quibus po-  
nitur à parte rei. Consequentem veò illam,  
quæ terminatur ad res secundum omnes circum-  
stantias in particulari, ut in executione, & à pa-  
rte rei ponendas.

Dico ergo primo: Voluntatem Dei non di-  
ciant antecedentem ex eo, quod antecedat consen-  
sus nostrum, aut præscientiam meritorum, vel  
demeritorum; & consequentem ex eo, quod  
consensum, & merita, aut demerita voluntatis  
humanæ, ut à Deo prævisa supponat;

Probatur prima pars: Cū nō voluntas Dei con-  
sequens sit efficax, & causa nostri consensus, ut  
ostendemus disputatione legenti, illum antecede-  
dit prioritate saltem naturæ & causalitatis; nam  
omnis causa est hoc saltem modo prior suo effi-  
ca: undè si voluntas Dei diceretur antecedens  
ex eo, quod nostrum consensum, & liberam no-  
stram voluntatis determinationem antecedit, vo-  
luntas Dei efficax & consequens deberet etiam  
vocari antecedens, & sic membra hujus divisionis

## DISPUTATIO QVARTA

412

**nisi confundentur:** At hoc non est dicendum: Ergo nec illud.

Confirmatur efficaciter: Voluntas illa antecedens ex D. Thoma est voluntas solum secundum quid & intellectus, sive velle: tas quedam, ut loquitur S. Doctor: Ergo non potest esse voluntas illa antecedens, quam admittunt Adversarij, cum illa sit, quantum est ex parte Dei, efficax, & voluntas simpliciter.

3. Secunda pars etiam suaderetur, Prædestination includit voluntatem salutis, non solum antecedentem, sed etiam consequentem, ut ait S. Thomas in 1. ad Antinom. dist. 4. q. 2. art. 2. ad 1. Sed prædestination non supponit præscientiam meritorum, ut ostendemus cum eodem S. Doctor in ista quaest. 23. art. 4. Ergo voluntas consequens non est illa, qua supponit præscientiam meritorum. Utique pars magis patebit ex dicendis conclusione sequenti.
4. Dico tunc dñ: Voluntatem antecedentem esse illam, que versatur circa obiectum ut non vestitum omnibus circumstantijs, quibus est executioni mandatum: consequentem ve: d, que obiectum inspicit omni: lata circumstantia vestitum; v.g. voluntas, quam Deus habet salutis reproborum, est voluntas antecedens gloriae, quia terminatur ad illam secundum se non attingit omnibus circumstantijs; & quia consideratio rei secundum se est prior & antecedens, considerationem ejusdem sub omnibus circumstantijs, idcirco appellatur voluntas antecedens: illa vero quia Deus efficaciter vult reprobos excludere à gloria, dicitur voluntas consequens, quia omnes circumstantias attendit: pulchritudinem scilicet universi, ac divinæ justitiae, aliorumque attributorum manifestationem.

5. Conclusionem sic explicatam docet D. Thomas hic art. 6. ad 1. ubi quid sit voluntas antecedens & consequens, sic exponit. Terti secundum Damascenum intelligitur de voluntate antecedente, non de voluntate consequente: que quidem distinctione non accipitur ex parte ipsius voluntatis divina, in qua nihil est prius, vel posterius, sed ex parte voluntorum. Ad eujus intellectum considerandum est quod unumquodque secundum quid bonum est sic est voluntum à Deo: aliquid autem potest esse in prima suis consideratione, secundum quod absolute consideratur, bonum, vel malum, quod tamen prout cum aliquo adjuncto consideratur (qua est consequens consideratio eius) est contraria se habet. Sic enim hominem vivere est bonum, & hominem occidere est malum secundum absolutam considerationem, sed si addatur circa aliquem hominem quod sit homicida, vel vivens in periculum multitudinis; sic bonum est eum occidi, & malum est eum vivere; unde potest dici, quod iudex justus antecedenter vult hominem vivere, sed consequenter vult homicidam suspendi. Similiter Deus antecedenter vult omnem hominem salvare, sed consequenter vult quosdam damnari secundum exigentiam sua iustitie.

Item 1. Timoth. 2. le. Et. 1. haec habet: Alio modo secundum Damascenum ut intelligatur de voluntate antecedente, non consequente in voluntate enim Dei licet non sit prius & posterius, dicitur tamen voluntas antecedens & consequens. Item secundum ordinem volitorum, secundum quod voluntas potest dupliciter considerari: scilicet in universalis, vel absolute, & secundum alias circumstantias in particulari; & prius est absolute consideratio, & in universalis, quam in particulari, & comparata; & illo voluntas absoluta est quasi antecedens; & voluntas aliquis rei in particulari, est quasi consequens. Exemplum de mercatore, qui vult omnes merces suas salvare absolute, & hoc voluntate antecedentes

A sed si considereret salutem, non vult omnes merces per comparationem ad alia salvare: scilicet quando cum salutem sequitur submersio navis, & hec voluntas est consequens. Si in Deo salus omnium hominum in se consideratur, habet rationem ut sit voluntas, & sic eju: voluntas est antecedens: sed si consideratur bonus iustitia, & quod peccata puniantur, sit non vult, & hec est voluntas consequens.

Denuo in 1. dist. 46. quæst. 1. art. 1. ad 2. art. Voluntas antecedens potest dici conditionata, nam tamen est imperfectio ex parte voluntatis divina, sed ex parte voluntatis, quod non accipitur cum omnibus circumstantijs que exiguntur ad rectum omnem in salutem. Ex multis testimoniis liquecendum D. Thomas (qui ut fatetur Vazquez, Damascenij quo Theologi hanc distinctionem acceperunt, aperte intellexit) voluntatem Dei dici antecedentem & consequentem, non ex eo quod antecedat vel supponat nostrum consensum, aut præscientiam meritorum vel de meritorum, ut afferunt Recentiores: sed dicitur antecedens, ex eo quod attingat rem fecundum se, & ut præclaram à circumstantijs sub qua ratione est prior se ipsa in particulari, & ut haberet alias circumstantias; & cœloque, ex eo quod sequatur consideratio operum terum, ut sunt in leipsis, & ut habent adjunctas omnes circumstantias particulares.

C Dices: Damascenus lib. 2. Fidei cap. 29. Voluptatem consequentem appellat permissionem, seu voluntatem orum habentem ex viro nostro. Et ibidem ait: Voluntas antecedens est accipio Dei ipso existens & consequens est concisio ex nostra causa: Ergo ex Damasceno voluntas antecedens est illa, quae nihil supponit ex parte nostri, seu quae ante cedit nostrum consentium, & merita vel demerita: consequens vero illa, quae habet causam in nobis, & quae supponit præscientiam meritorum, vel de meritorum. Quod potest confirmari D. Thomas in 1. dist. 4. 6. art. 1. ubi ait: Voluntas consequens presupponit præscientiam operum.

R E Respondendo quod quando D. Damascenus & S. Thomas dicunt, quod voluntas consequens orum habet ex viro nostro, & supponit præscientiam operum, non loquuntur de voluntate consequente universaliter sumpta, & secundum quod le extendit tam ad bona opera à Deo prædestinata, quam ad mala ab illo petrissata; sed de voluntate consequenti specialiter sumpta, seu de voluntate consequenti punitiva, quae supponit culpam, & ex viro nostro orum dicitur enim explicit voluntatem Dei consequentem, ponunt exemplum in aliquo objecto particulari, quod Deus vult supposita prævisione peccati, scilicet damnationem & penam æternam reproborum, quamvis non sit necessarium, utid omne quod Deus vult voluntate consequente, præsupponat peccatum, vel præscientiam meritorum, aut demeritorum. Ut enim docet D. Thomas supra relatus, prædestination includit voluntatem faltis, non solum antecedentem, sed etiam consequentem; & tamen in ejus sententia illa non supponit prævisionem meritorum. Dupliciter ergo in Deo distinguenda est voluntas consequens: alia iustitia, alia misericordia. Prima supponit semper in his, qui damnantur, merita eorum damnationis, scilicet peccata prævila: non ob rationem generalis voluntatis consequentis, sed ob rationem voluntatis, que est ex iustitia. Secunda, quae salutem electorum respicit, non supponit in eis ullorum meritorum prævisionem iuxta ante gratiam nullam sunt merita, cum ipsa sit causa & origo omni-

um

DE VOLUNTATE DEI ANTECEDENTE.

413

um meritorum. Unde D. Prosper 2 de vocat:  
gentium cap. 35. Deu his quos elegit sine merito, dat  
undevotus ex merito. De quo fuse in Tractatu  
de praedestinatione.

§. II.

Corollaria precedentis doctrinae.

- Ex dicitur inferes primò, quod distinctio voluntatis Dei in antecedente & consequente, non accipitur ex parte voluntatis divinæ, in quantum illi est prius & posterius, sed ex parte terrena, quæ potest considerari vel secundum le, & mortales à circumstantiis, vel secundum quod habet adiunctas circumstantias, cum quibus ponitur à parte rei. Ex quo
1. Inferes secundò: has duas voluntates seu voluntates non distingui virtualiter in Deo, sed tantum per ordinem ad objecta suam connotata materialia, eoque ferè modo, conscientia Dei dividitur in abstractivam & intuitivam, iuxta diversum modum quo attingit creaturas.
  2. Intertertio contra Vazquez, hanc divisionem esse adquatum. Quia Deus potest tantum attingere res crearas secundum duplicem illam statum: id est vel secundum le, & præcisus circumstantiis: vel in particulari, & adjunctis illisdem circumstantiis. Unde præter voluntatem antecedentem & consequentem, notis debet ponitalia concomitans, quæ Deus decernat concurrens nobis, ut docet Vazquez; sed hæc voluntas & consequenter & efficaciter reducitur.

- ii. Inferes tertio: Voluntatem antecedentem esse voluntatem solum secundum quid: voluntatem vero consequentem esse voluntatem simpliciter. Nam ut ait D. Thomas hic art. 6. ad 1. Quod antecedenter volumus, non volumus simpliciter, sed secundum quid; quia voluntas comparatur ad res secundum quid in se ipsi sunt; in seipsis autem sunt in particulari, unde simpliciter volumus aliquid, secundum quod volumus illud confidemus omnibus circumstantiis particularibus, quod est consequenter velle. Quod latius exponit in 1. dist. 47. quest. 1. art. 1. ubi advertit hoc esse discrimen inter voluntatem & cognitionem speculativam, quod cognitione speculativa perficitur in abstractione à singularibus sed voluntas, & quidquid est ordinatum ad opus, perficitur in particulari circa quod est operatio: ex quo inferit, illud esse simpliciter & perfecte volumus, quod subjetum voluntati secundum omnes particulares conditiones circumstantes ipsum illud autem quod non est volumus secundum omnes conditiones ipsum circumstantes, non habet rationem voliti simpliciter, sed secundum quid.
- iii. Inferes quarto: Voluntatem antecedentem communem esse amoris & odio. Nam sicut in bono terminante amorem, ita & in malo terminante odium, possimus distinguere rationem mali absolute, & mali consideratis omnibus circumstantiis; sequitur odium in antecedens & consequens dividere. Antecedens in Deo odium est odium omnium hominum, propter peccatum Adami. Consequens vero est odium reproborum, propter illorum peccata & demerita. Ex quo

- iiii. Inferes ultimò, prædestinatum existentem in mortal peccato, odio habet à Deo, odio antecedens; diligenter vero ab ipso amore efficaciter consequens: Nam Deus vult tali homini damnationem, Tom. I.

A nem aternam voluntate antecedenti: Ergo illud odio habet odio antecedenti. Consequentia patet, Antecedens probatur. Hominem existentem in peccato mortali in aternum damnari, est bonum quoddam amabile à Deo: Ergo de facto amatur ab ipso: Sed non consequenter & efficaciter, alias damnaretur de facto. Ergo inefficaciter & antecedenter.

Secunda pars corollarij opposita ratione probatur. Deus vult, voluntate consequenti, prædestinato existenti in mortali peccato, vitam aternam: Ergo illum diligit amore consequenti.

§. III.

Explicatur quid sit voluntas beneplaciti & signi.

D E voluntate beneplaciti & signi agit Magister sententiarum in 1. dist. 45. & D. Thomas ibidem quest. i. art. 4. & quest. 23. de veritate, art. 2. & hic art. 11. & 12. habetque fundatum in Scriptura ultraque voluntas. Nam de voluntate beneplaciti dicitur ad Roman. 12. Ut probet, quae sit voluntas Dei bona, beneplacens, & perfecta: Et Psal. 105. Memento nostri Domine in beneplacito populi sui. Similiter in Scriptura signa quibus Deus suam voluntatem ad extra manifestat: vocantur voluntates Dei: Psal. 15. Misericordia omnes voluntates meas in eis. Et I. Mal. 100. Magna opera Domini, exquisita in omnibus voluntatibus eius. Oramus etiam quotidie, ut fiat voluntas Dei; id est illud quod ejus voluntate præceptum & ordinatum est.

Voluntas ergo beneplaciti est illa quæ verè propriè & formaliter repetitut in Deo, seu actus divinæ voluntatis, quod verè & propriè vult aliquid. Voluntas vero signi est aliqua operatio externa, seu aliquis effactus exterinus, quod ejus voluntas significatur, & manifestatur: unde hæc voluntas significatur, & manifestatur: unde hæc voluntas non est in Deo formaliter & propriè, sed metaphorice tantum & analogice: sicut utriusque dicitur sana, quia significat salutem.

Quinque autem sunt (ut docet Sanctus Doctor hic art. 12.) signa voluntatis: scilicet operatio, permisso, præceptum, prohibitio, & consilium; quæ distinguuntur ex diverso modo declarandi voluntatem. Nam aliquando declaramus illam per nos, aliquando per alium. Per nos, vel aliquid faciendo, & sic operatio externa est signum voluntatis internæ: vel aliquid permittendo & sinendo fieri, & sic est permisso. Per alium declaramus voluntatem nostram, quando ordinamus alium ad aliquid faciendum: ordinamus autem de alio, vel per imperium obligando, vel per consilium suadendo. Per imperium obligando, vel præcipiendo ut fiat, vel prohibendo ne fiat. Et sic sunt quinque signa manifestandi voluntatem: scilicet operatio, & permisso, præceptum, prohibitio, & consilium. Quædam versantur circa mala, ut prohibitio & permisso: quædam circa bona, ut operatio & præceptum. Quædam circa perfecta seu optima, ut consilium: Quædam referuntur ad præsens, ut operatio, & permisso: quædam vero etiam ad futurum, ut præceptum, prohibitio, & consilium.

Advertendum est etiam, quod inter hæc duas voluntates inter se differant, non tamē temperie mutuo excludant, sed interdum utraque versatur circa idem objectum diversimodo consideratum: ut enim inquit S. Thomas hic art. 12. ad 2. Sicut Deus potest significari metaphoriæ velle id, quod non vult voluntate propriè acceptâ, ita potest

Fff 3

metaphorice

## DISPUTATIO QUARTA

414

metaphorice significari nescid quod propriè rult. Et in A  
quaestioneibus disputatis quaest. 23. de voluntate  
Dei, art. 3. in celi, ad 6. sic habet: Sciendum est  
quod voluntas signitribus modis habeat ad voluntatem  
benepacit: quedam enim est voluntas signi, qua nun-  
quam incidit in idem cum voluntate benepaciti, siue  
permisso quā permittit mala fieri, cū mala fieri nun-  
quam velit: quedam semper in idem incidit, sicut ope-  
ratio; quedam vero quandoque incidit, & quandoque  
non, sicut preceptum, probatio, & consilium.

5. I.

Conclusio affirmativa statuitur, & testimonio Scripturae, & SS. Patrum roboratur.

Dico igitur: Deum voluntate generali & antecedenti, velle omnes homines, etiam post Adelapsum salvos facere.

Probatur primò ex celebri illo Apostoli testimoniō 1. ad Timotheum 2. Deus vult omnes salvos, & ad agnitionem veritatis venire. Ubi in primis testimoniō esse de hominibus ut sunt in statu naturae lapse, poterit; Tum quia Paulus loquitur de hominibus prout nunc sunt, vult enim fieri pro eis orationes & obsecrations ad Deum: non autem omnes homines sunt in statu naturae lapsi. Tum etiam, quia si Apostolus loqueretur B tantum de voluntate nos salvandi in obedientia Adelocentis, non dixisset, Deus vult omnes homines salvos fieri, sed vult salvos fieri; in enim in praeterito exprimitur Dei voluntas, cum præterit tempus impletionis illius; sicut non dicimus nunc de Angelis malis, Deus vult, sed tantum voluit illos salvos facere. Addo quod Paulus ibidem ait, Christum ad hanc voluntatem Dei implendā, obculisse redēptionem pro omnibus: Atqui redēptione supponit lapsum in originale: Ergo loquitur de hominibus ut sunt in statu naturae lapsi, & peccato originali virtuata.

Secundò Apostolum non loqui de simplici velleitate & nuda complacētia, qualem Deus habet circa merē possibilia manifestum est, quandoquidem juber ut oremit pro omnem hominum salute: Stultum vero esset promere possibilibus, v.g. pro conversione dēmonum, vel alterius mundi creatione orare.

Tertio, Licet verbālia Apostoli, intellecta de voluntate efficaci & consequente, explicari debeant per distributionem accommodant, vel de universalitate incompleta, qualiter ea Augustinus, Gregorius, alioque SS. Patres locutione referendis exponunt; si tamen intelligantur de voluntate antecedenti & ineffaci, ea debet intelligi de singulis generum, & per distributionem incompletam, constar non solum auctoritate Damasceni, hunc locum Apostoli in hoc sensu intelligent, sed etiam ex ipso Apostolo: qui enim discursus exigit, ut propositio illa, Deus vult omnes homines salvos fieri, generaliter & de omnibus ac singulis hominibus intelligatur: nam immediatè ante obiectat ut oremit pro omnibus: Hoc enim bonum est (inquit) & acceptum eorum Salvatore nostro Deo, qui omnes homines vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis revire. In quibus verbis particula universalis, omnis, sine dubio eodem sensu in utroque membro propositionis accipenda est, ne Paulus loquatur a quoque in tam brevi contextu, neve ipsius ratio minimè idonea sit. Ita ut sicut orandum est pro omnibus hominibus generaliter, & sine exceptione (ut nemo negat esse de mente Apostoli, & excharitate debet) ita Deus vult omnes homines generaliter & sine exceptione salvos fieri. Idque magis confirmat duplex ratio immēdiatè post subjecta ab Apostolo, quā probat Deum velle omnes homines salvos fieri: Unus enim Deus (inquit) unus & mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, quidam redēptionem semetipsum pro omnibus. Quia verba exponens Cajetanus, sic ait: Ex hoc quidam nō

## ARTICULUS II.

An sit in Deo voluntas generalis, & ante-  
dens salvandi omnes homines, post Adelap-  
sum, subindeque Christus pro omnibus  
hominibus mortuus sit?

17. Negat Jansenius libro 9. & 10. de gratia Christi Salvatoris, ubi docet Deum ante peccatum Adel, omnibus ac singulis hominibus eternam voluisse conferre beatitudinem, voluntate generali & antecedenti, ex eaque in statu innocentia profluxisse in primos parentes auxilia sufficientia, subdita ipsorum voluntati, quantum ad efficaciam & usum & subindeque talem voluntatem in eo statu fuisse perutilem, sed non posse statui voluntatem generalem, quā Deus omnes homines in damnatione primi peccati positos, velit salvos fieri, & quā omnibus præparat remedia & auxilia generalia ad salutem necessaria. Usque ibidem assertit, voluntatem antecedentem homines salvandi post Adelapsum (si quā in Deo sit) nihil aliud esse quam nudam velleitatem, qualem Deus habet erga jam damnatas creaturas, sive homines, sive Angelos; quā non obstante potest Deus aliquos nolle salvos fieri, ac re ipsa non vult, eos scilicet qui re ipsa damnantur, quos idcirco ait delitius & mediis ad salutem insufficientibus. Eandemque ob causam docet libro 3. cap. 21. Christum non esse mortuum pro redēptione & salute æterna omnium hominum, sed tantum electorum: pro salute autem aliorum, non magis languinem fuisse, aut etiam orasse, quam pro salute ipsius diaboli. Verba ejus haec sunt. Christus pro infidelium in infidelitate morientur, aut iustorum non perseverant in salute mortuus non est, nec sanguinem fudit, nec seipsum redēptionem dedit, nec Patrem oravit; immo non magis pro æterna liberazione ipsorum, quam pro diaboli deprecatione est.

Huic doctrina Jansenij aliquo modo sive Gregorius Ariminensis, & Vazquez: licet enim voluntatem generalē & antecedentem salvandi omnes post Adelapsum in Deo agnoscant, eam tamen nolunt comprehendere parvulos in utero materno decedentes; cū eis Deus nullum præbeat pro remissione peccati originalis remedium; subindeque tenentur assertere, Christum pro illis parvulis non esse mortuum,

\*\*

Si filius est Deus, omnium hominum curam illi uni-

versitatem manifestatur, & cum sit natura bonus, con-

fessus si omnibus proponat salutem & agnitionem

salutis. Si namque esset plures d[omi]ni, cogitari possit

quod deus haberet curam salvandi aliquos homi-

nus, & alii haberet curam salvandi alios: sed ubi

est ratio? illi uni incumbit cura omniuum.

Immutata si plures essent mediatores inter Deum

& hominem, existimareur quod unus esset mediator

propter nos, & alius pro aliis, sed ex quo unus

mediator Dei & hominum ad reconciliandum ho-

mem Deum, illi uni incumbit medicina inter Deum

& omnes homines. Denique ab effectu manifestat-

ur quod etiam mediator vult omnes homines

salvare, & ad agnitionem veritatis venire,

et h[oc] quod dedit se p[ro]p[ter]um premium ad redimen-

tiON ALIQUOS, SED OM-

NES.

B. Exscriptam SS. Patrum, generaliter & sine

exceptione intelligendum esse Apostolum,

Denique velle salutem omnium placere homi-

nus, passim docentes. Nam Clemens Ro-

manticus libro 2. Constit. cap. 59, affirmat se id

de ipso Christi accepte;

& Dionyssius ap. 2. Eccles. Hierar. ait tacitorum p[re]f[er]etum

de similitudine salutem cupere omnibus,

& gaudere veritatis. Item Ignatius Martyr

ap. 6. ad Philadelph. dicit, Amatorem homi-

nus Deum nostrum, & velle omnes homines sal-

veri, & ad agnitionem veritatis venire, propter

qui & Salerni ordi facit super bonos & malos, & plus

se iustus & misericordus. Et Origenes libro 4. contra

Celsum paulo post initium, JESUM vocat

medium amorem, quantum in ipso est; Salvator

nam vero immensus hominibus:

Eandem veritatem tradidit Augustinus libro

de spiritu & littera quem scripsit contra Pelagianos,

cap. 33, dicens: Vult Deus omnes homines sal-

veri, & in agnitionem veritatis venire; non sic tamen

ut in adam liberen arbitrium, quo bene vel male u-

nius iustime judicentur. Et Prosper in resp. ad

object. Vlacentij, ubi ait: Sincerissime creden-

tia que profundum est; Deum velle ut omnes ho-

mines salviantur: Si quidem apostolus, cuius ista senten-

cia, absolutissime precipit quod in omnibus Ecclesiis

imperatur; ut Deo omnibus hominibus sup-

ponatur. Et in resp. ad object. Gallorum sent. 8.

hec scribit: Qui dicit quod non omnes homines vult

Duos salves fieri, sed certum numerum predestinationum,

duas loquuntur quam loquendum est de altitudine in-

fratitiae gratia Dei, qui & omnes vult salvo fieri, at-

que ad agnitionem veritatis venire. Ideo docet in li-

bis de vocatione Gentium, nam libro 2. cap.

12. hec scribit: Sive igitur novissima contemplatio

salvi, supra media rationabilites & pie cre-

der, omnes homines salvo fieri Deum velle, semperque

h[ab]et. Ercap. 28. Fit manifestum quod diversi al-

que numeri modis omnes homines vult Deus salvo-

rum: si qui veniunt, Dei auxilio diriguntur; qui non

volum, si a pertinacia reluctantur. Denique Eccl[esi]-

esi in die Paracletus orans pro hereticis & schismati-

cis, sic ait: Omnipotens semper Deus, qui

salvo omnes, & neminem nisi perire, resipice ad animas

te deponit, errantum corda resipiscant, & ad veritatis

reducant unitatem.

A  
S. II.  
Eadem veritas ex generali Christi redemptione  
manifestatur.

H[oc] argumentum tangitur a Cajetano ver-  
bis scriptis relatis, porroque sub hac forma  
breviter proponi. Deus vult salvare eos omnes  
pro quibus Christus passus & mortuus est, seu  
pro quibus ordinavit mortem & passionem suam:  
Sed Christus mortuus est & mortem ac  
passionem suam obculit, & ordinavit ad salu-  
tem, non paucorū tantum, sed omniq[ue], &  
singulorū hominū: Ego Deus omnes, &  
singulorū hominēs, voluntate antecedenti vult  
salvos esse. Major constat ex eo quod mors &  
& passio Christi, ex voluntate salvandi hominēs  
duxit originem. Minor vero probatur ex variis  
Scripturæ locis, in quibus hoc generalis Christi  
redemptionis aperte declaratur. Vicitur enim ad  
Romani 3. Qui proprio filio suo nos perperit, sed pro  
nobis omnibus tradidit illum. Ad Rom. 5. Per unius  
delictum in omnes homines in condemnationem, & per  
unius iustitiam in omnes homines in justificationem. 2.  
ad Corint. 5. Si unus pro omnibus mortuus est Christus,  
ui qui vivant non sibi vivant, sed ei qui pro omnibus  
mortuus est. Denique 1. Joan. 2. Ipse est propitiatio  
pro peccatu nostrū, non pro nostrā tantum, sed etiam  
pro peccatu mundi. Quibus auctoritatibus adiungi  
possunt orationes Ecclesie, quæ in solemnibus  
precibus frequenter h[oc] verbare repetit: Fidelium  
omnium conditor & redemptor; & in hymnis Eccle-  
siasticis: Iesu Redemptor omnium.

Duplici evanescione conatur Jansenius tam aperta  
Scripturæ testimonia eludere. In primis dicit,  
his locis solū significari, mortem Christi esse  
premio & valore per se sufficiētē pro omnibus  
at non ordinatione Christi, & Dei, oblatam  
esse pro omnibus.

Secundo responderet, quod quando Christus  
dicitur mortuus pro omnibus, hoc non debet  
intelligi pro singulis generibus, sed pro genere  
singulorū: ita ut pro aliquo ex quocumque ge-  
nere, statu, & conditione, non verò pro omnibus  
& singulis in individuo, & in particulari  
mortuus fuerit.

Vetur utraq[ue] h[oc] evasio pugnare videtur  
contra definitionem Tridentini less. 6. cap. 3. 2.  
ubi definit Christum mortuum esse pro omnibus,  
in coenitu in quo negabatur Calvinus:  
Calvinus autem negabat Christum esse mortu-  
um pro omnibus, quantum ad sufficientiam  
preiū, neque etiam pro aliquibus ex omni gene-  
re & conditione, nam in caput 17. Joannis,  
utraq[ue] evanescione uituit ad explicandas Scriptu-  
ras loca, in quibus dicitur Christum esse mortu-  
um pro omnibus: Ergo &c.

Præterea utraq[ue] h[oc] responsio efficaciter  
confutari potest. Nam contra primam instar  
potest, quando dicitur Christum dedisse semet-  
ipsum redemptionem pro aliquo, hoc ita intel-  
ligi, & explicari debet, ut significetur Christum  
se dedisse in redemptionem, & gratiam illius;  
& ad e[st]iūtūtatem & salutem: particula enim  
pro applicatur causa finali, ut cor. Ita quando  
dicitur, quod medicus venit in domum pro sa-  
lute infirmi: sensus enī est, illum venire ut  
eius commodum, & utilitatem & ad procuran-  
dam illi sanitatem: unde cum Scriptura locis  
citatis dicit Christum mortuum esse pro omni-

## DISPUTATIO QVARTA

416.

bus, hoc debet intelligi in salutem & gratiam omnium.

Addo, quod si verba illa Scriptura significarent tamum Christi redemptionem esse ex parte sua premium sufficiens valore, sed non ordinatione Dei & Christi, destinatum in salutem hominum, posset eadem proprietate Christus dicti mortuus & crucifixus pro Dæmonibus, cum premium sanguinis & mortis ejus, ut pote valoris infiniti, fuerit de se sufficientissimum ad redimendos non solum homines, sed etiam Dæmones, si voluisset illud ordinare pro eorum salute & redemptione.

Contra secundam evasionem est etiam efficax argumentum ex verbis Apostoli 2 ad Corinthi, 3, lupi relatis: Si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt &c. Quo loco probat quod omnes & singuli homines mortui sunt, id est contraxerant debitum moriendi in Adamo, ex eo quod Christus pro omnibus mortuus est: Atqui omnes omnino distributivè mortui sunt in Adamo, & in eo contraxerunt debitum moriendi: Ergo & Christus mortuus est pro omnibus, & singulis hominibus distributivè, & non solum pro generibus singulorum. Quo arguendo utilius A. Augustinus lib. 6, adversus Julianum cap. 4, ubi probat omnes & singulos homines contraxisse per carnem originale, ex illo loco Pauli & infer tam verè omnes homines mortuus est: in Adamo, quia verè pro omnibus Christus mortuus est: Sed omnes & singuli mortui sunt in Adamo: Ergo pro omnibus & singulis Christus mortuus est.

## §. III.

Sanctorum Patrum testimonia expenduntur.

29. IN eandem veritatem unanimiter conspirant SS. Patres, tam Graeci, quam Latini, quorum aliqua testimonia illustriora referre sufficit. Ex Graecis igitur Nazianzenus orat, 25, ait: Omnes circa ullam exceptionem instaurati sumus per carnem Adamum, qui primi ad particeps fuimus, & a serpente decepti, & peccato mortui. Et Chrysostomus homil. 4, in cap. 2. Epist. ad Hebreos: Gratia Dei pro omnibus existaret mortuus: non pro fidelibus tantum, sed pro universo mundo, ipse enim pro omnibus mortuus est. Similiter Epiphanius haeresiis. Pro toto quotidie mundo se obtulit ipse victimam, ipse sacrificium, ipse sacerdos, ipse altare, ipse Deus, ipse homo, ipse Rex, ipse Pontifex, ipse oys: omnia id nobis prouobis facta est, ut nobis omnibus, omnibus modu vita fieret.

30. Ex Latinis vero idem diceret affirmant Ambrosius serm. in Psalm. 118, versu 64, sic dicens: Mysticus sol, ille iustitia omnibus ortus est, omnibus venit, omnibus passus est, & omnibus resurrexit. Et Leo Pa-pa lerm. 11, de passione, ubi sic ait: Pro omnibus impio mortuo Domino, etiam Judas in eo potuisse consequi remedium, si non festinasset ad laqueum. Et lerm. 1. de Nativitate Domini, Dominus noster peccati mortisque destructor, sicur nullum a reatu liberum riperit, ita liberando omnibus venit. Prosper etiam libro 2. de vocat. G. in cap. 16, eandem veritatem aperi-tissime tradidit, his verbis: Nulla ratio dubitandi est, Iesum Christum Dominum nostrum pro impiis & peccatoribus mortuum, & quorum numero si aliqui liber inventus est, noui est pro omnibus mortuus Christus; sed prius pro omnibus mortuus Christus.

Plurima etiam extant Augustini testimonia in eiusdem re confirmationem, quae vitandas con-

A fusionis gratia ad quatuor classes reducam, primi generis ea sunt, quibus S. Doctor differunt, affirmat pro iis omnibus Christum obisse, quos in mundi fine judicabit. Omnium summam complectuntur aurea haec verba quae habentur Psal. 95. sub finem: Iudicabit orbem terrarum in equitate: non partem, quia non partem emit: totum iudicari habet, quia PRO TOTO PRET:UM DEDIT. Explicat paulo post quid nomine orbis terrarum intelligat. Iudicabit orbem terrarum in equitate, & populos in veritate sua. Quae est aquitas & veritas? Congregabit secum electos suos ad iudicandum, extrahit separabit & invicem Positum est enim alios ad descendentes, alios ad subiugandos &c. Igitur orbis terrarum nomine eos omnes intelligit, qui in iudicio cum ad dexteram, cum ad sinistram collocantur, id est electos omnes ac reprobos, adeo que cum assentit Christum iudicatur totum orbem, quia totum emit, dilectio significat, Christum electos ac reprobos omnes iudicatur, quia pro electis & reprobis sanguinem fudit. Totum iudicare habet, quia pro ioto sanguinem dedit.

Adit libro 2. de Symb. ad Carechum, cap. 3. Christum reprobis & maximè Iudeis crucifixoribus dicatur in die iudicij: Videtur velox qua in flexu, agnosca id latu quod pupilli quoniam & per vos, & PROPTER VOS apostolus est, nec tamen intrare voluisti. Quod Laurentius Justinianus libro ligni vita cap. 4, aliis verbis expressit; Apparet (inquit) crux in ostensione iustitiae, ut appareat quida iustus in reprobis sit damnatus, ad quos Dominus Iesus in spiritu se loquens: propter vos factus sum homo, propter vos eligans, confessus, aelius, flagillatus, & crucifixus. Vnde tantum ne carum fructus injuriarum? Ego per eum sanguinem mei, quem dedit pro redemptione animarum vestiarum. Vbi est servus tu mea, quam pretio datum meum intermixtus deus &c. Stimula habet Casarius Arelatensis homil. 27. ubi etiam assentit, Christum omnibus vulnera sua cum expiacione ostensurum, quia primus erit in reos iumenta eisdem datur prolempia cicatrix.

Testimonia secundæ classis ea sunt, quibus Augustinus docet multos re ipsa petre & dannari, pro quibus salute donandis Christus mortuus est. Nam in Psalmum 68. sub fine, loquens de Iuda proditore, quem constat esse reprobum & damnatum, assentit Christum cum redimere voluisse, atque ut illi vitam eternam conferret, sanguinem suum impendisse: Christus patitur venientem (inquit) & puniri per quimpsum est: nam Iudas traditor punitus est. Sed nos redemimur sanguine suo, & puniri eum de pretio suo. Projicit enim pretium argenti, quo ab illo Dominus redemitur, nam agnoverit pretium quo ipse a Domino redemitur.

Nec valet responso Jansenii dicentis Christum pro reprobis mortuum esse, ut baptismum sive gratiam aliquam temporalem conquerentur, non vero ut ad salutem pervenirent aeternam. Nam D. Thomas in cap. 8. Epist. 1. ad Corinthios haec verba Apostoli: Peribit infirmus in tua similitudine fratris pro quo Christus mortuus est, sic interpretatur. Peribit infirmus in tua scientia fratris, PROPTER QUEM SALVANDUM, Christus mortuus est.

Addo, quod cum gratia quam in baptismo accipimus, ex natura sua medium sit ad aeternam beatitudinem ordinatum, non potest Christus velle serio ejusmodi gratiam aliqui tribuere, nisi ex intentione seu voluntate antecedente, aeternam salutem illi conferre aedat.

Ad tertiam

<sup>46</sup> Ad tertiam classem ea testimonia pertinent A sanguinem suum funderet. Ideo in cruce suspensum, ut omnes ad se traheant. Ideo denique crucifixum, ut crux Christi non templi esset arca, sed mundi, ut loquitur Leo Papa serm. 8. de Passione.

## §. IV.

Absurdis & inconvenientibus Jansenii error exploditur.

**I**N numeris ferè sunt absurdā & inconvenientia quæ ex Jansenii sententia sequi videntur, nos hic tanquam præcipua & manifestiora colligimus.

In primis ergo hac sententia facit charitatem Christi erga homines angustam, nam juxta illam Christus innumeris hominibus claudit viscerat ux misericordie, & illos ab effectu charitatis excludit; cāmque facit stricitionem & angustiorem, quām debet esse caritas cujuscumque fidelis, quā debet ad omnes homines se extenderet, & dicere quod Paulus ad Philippienses dicebat: Teftis est mihi Deus quomodo cupiam vos in visceribus Iesu Christi. Vnde Augustinus serm. 60. de Tempore: Si boni tantummodo amandi sunt, quid dicimus de Deo nostro, de quo scriptum est: Si Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret. Quid enim boni fecerat mundus, ut eum sic dilexerit Deus? Omnes enī homines non solum malos, sed etiam impios, originali peccato mortuos, in anima Christus invenit, & tamen cum tales essemus dilexit nos.

Secundū, Jansenius facit charitatem Christi simulata: nam si Christus non voluisse (voluntate falcem antecedenti) salutem Judæorum, nec pro eis offere Patri premium sui sanguinis intendisset, procul dubio simulata & fictitia fuisset eius charitas, quando cum lachrimis dicebat: terufatem Ierusalem que occidit Prophetas, quoties vobis congregare filios tuos &c.

Terterū, si pro omnium ac singulorum salute Christus non obierit, mutat unum ex præcipuis fidelium nostris fundamētis: nam juxta doctrinam & institutionem Ecclesie unusquisque fidelis tenetur credere, Christum esse suum Redemptorem, non minus quam Deum esse suum Creatorem, & illum ut talēm invocare: At hoc non potest credere, si Christus aliquorum tantum Redemptor est; præsertim vero, si dicatur esse tantum Redemptor Electorum; de quorum numero se eile nemo credere potest sine speciali revelatione, ut definit Tridentinum sēc. 6. cap. 13. Ergo &c. Unde contra Jansenium instaurare possumus argumentum quo adversus Calvinistis utitur Malerus, Anverpiensis Episcopus. Omnes omnino, adeoque etiam reprobi, tenentur credere Dei Filium pro ipsorum salute mortuum esse, ut patet ex illo Symboli Nicæni: Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cœlo &c. At non tenentur credere aliquid falsum, aut dubium; cum fides theologica quæ a nobis exigitur, nec circa falsum, nec circa dubium versari possit: Ergo nedum verum, sed etiam certum & indubitatum est, Dei Filium pro omnium, atque adeo etiam pro reproborum salute, mortuum esse. Unde in Concilio Carissimæ anno 846. celebrato cap. 4. sic dicitur: Christus Iesus Dominus noster, sicut nullus homo est, fuit, vel erit, cuius in illo natura assumpta non fuerit, ita nullus est, fuit, vel erit homo, pro quo passus non fuerit, licet non omnes passionis ejus mysterio redimantur. Eadem veritas expresse traditur à Trident.

Tom. I.

G G g. sēc.

## DISPUTATIO QUARTA

418

**A** fest. 6. cap. 3. his verbis : *Etsi filii pro omnibus mortuis est, non omnes tamen beneficium mortis ejus recipiunt, sed iū duntaxat quibus meritum passionis ejus communicatur.*

**B** 39. Quartū ruit spes theologica, nisi Christus pro omnibus ac singulorum salute mortem suam Patri obtulerit; nam hoc fundamento Christianorum spes nascitur, quod Christus sanguinem fuderit, ut ipsi non ad baptismum tantum, sed etiam ad salutem perveniant. Unde Augustinus libro *Medit.* cap. 14. *Omnis spes & totius fiduciae certitudinē mibi est in pretioso sanguine Christi, qui effusus est propter nos & propero rostram salutem.* Et Enarrat. in *Ps. 148.* aferit neminem esse qui aeternam salutem sperare non debeat, quia Christus in cœlestis gloria pignus sanguinem suum nobis tradidit. *Tales arrius accepimus (inquit) tenemus mortem Christi, tenemus sanguinem Christi.* Erigit ergo se humana fragilitas, non desperet, non se collidat, non se avertat, non dicat, non ero beatus. Et mox subiungit: *Quid tibi promisit Deus homo mortalis? Quid viciurus es in eternum?* Non creditur Crede, credere: plus est iam quod fecit, quam quod promisit. *Quid fecit?* Mortuus est pro te. *Quid promisit?* *Quid vives cum illo.* Incredibilis est quod mortuus sit aeternus, quam quod in aeternum vivat mortalis. Iam quod incredibilis est tenemus. Si propero homines mortuus est Deus, non est viciurus homo cum Deo? Non est viciurus mortalvis in aeternum, propero quem mortuus est qui vivit in aeternum? Cenit igitur Augustinus, Christi mortem & passionem esse præcipuum spe nostra sustentaculum, subindeque negari non potest, Christi sanguinem pro eorum omnium salute, qui ejusmodi spem concipiunt, sufficie profutum: At non soli Electi, sed etiam reprobis, spem theologicam perspice concipiunt: Igitur negari non potest, Christi sanguinem, non tantum pro Electorum, sed etiam pro reproborum salute, sufficie fuisse.

**C** 40. Denique Jansenii sententia non solum fidem multat, & spem infringit, verum etiam refrigerat charitatem, quæ theologiarum virtutum princeps est, & omnium charismatum excellensissimum; nam cum multa sint divini illius amoris fomenta, eum tamen præcipue fovere & inflammat certa fides & recordatio dilectionis Christi erga nos, quam præcipue exhibuit moriendo pro nobis in cruce. Unde *Apostolus 2. ad Corinth. 5.* *Charitatis Christi urget nos, estimantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est Christus, ut & qui vivunt iam non sibi vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est.* Et *Bernardus in Cantica:* *Super omnia te reddat amabilem, o bone Iesu, calix quem bibisti, opus meæ redēptionis.* Similiter Augustinus *Tractatu 2. in Epist. 1. Joann.* Omnes (inquit) illius simus, qui pro nobis mortuus est, qui pro nobis crucifixus est. Et in libro de sancta Virginitate, Internu luminibus infuscate vulnera pendentes, cœtrices resurgentis, sanguinem morentis. Hoc quanto valeat cogitare, hac in statera cordis vestri appendite &c. tuto robis figuratur in corde, qui pro vobis fixus est in cruce. Hæc etergo præcipuum divinae charitatis incentivum, quo nobis Jansenius eripit, cum pro Electorum tantum salute Christum mortuum esse affirmaret, cum enim de sua prædestinatione, seclusa speciali revelatione, nemo certus esse posse, si Christus pro Electorum tantum salute mortem subiit, incerti erunt omnes antanto beneficio donari sint, subindeque ex illius recordatione ipsorum charitas erga Christum accendi vel foyeri non poterit.

§. V.

*Convelluntur precipua Fundamenta Jansenii.*

**D** Obicit in primis Jansenius: *D. Augustinus pluribus in locis exponens prædictum locum A postoli 1. ad Timoth. 2. Deus vult omnes homines salvos fieri, nusquam illum intellexit universaliter, & secundum distributionem completam, sed temperie aliquid restrictionem & limitationem adhibuit.* Nam lib. 4. contra Julian. cap. 2. de Corrept. & Gratia cap. 14. & de Prædestin. Sanctorum cap. 8. docet hæc verba A postoli esse intelligenda secundum distributionem accommodam, & non universaliter; ita quod Deus non vult salvare omnes absoluē, sed quod vult salvare eos omnes qui salvantur. Sicut dicit aliquis magister docere omnes per eos alicuius civitatis, non quod omnes addiscant, sed quia nullus nisi ab illo dicit.

**E** Secunda restrictione ejusdem loci est, quod ly omnes sumuntur quidem universaliter, sed universalitate quādam incompletā, & pro generibus singulorum, non pro singulis genere. Sicut dicitur omne animal fuisse in arca Noe, quia ex omni genere animantium aliquod fuit. Et sicut *Lucas 11.* Pharisæi dicuntur decimare omne olus, quia ex omni genere herbarum solvane decimas. Ita hunc locum A postoli exponit idem Augustinus in *Enchir. cap. 105.* ubi ait: *Aut certè sic dictum est, qui omnes homines vult salvos fieri, non quod nullus hominum esset quem salvum fieri vult, qui virtutes miraculorum facere noluit apud eos quos dicit actores sufficie penitentiam, si fecisset, sed ut pro omnes homines omne genus humanum intelligentius, per quas unque differentias distributum: Reges, privatos, nobiles, ignobiles, sublimes, humiles, doctos, indoctos, integræ corporis, debiles, ingeniosi, tardioris, fatuos, divites, pauperes, medocres, marces, somniantes, infantes, pueros, adolescentes, juventes, seniores, senes, in linguis omnibus, in moribus omnibus, in artibus omnibus, in profectibus omnibus, in voluntatibus & conscientiis varietate immutabiliter constitutos.* & si quid aliud differentiarum est in hominibus. Eadem explicationem adhibet D. *Gregorius in 1. Regum lib. 5.* ubi ait: *Omnes quippe homines vult salvos fieri, quia de omni genere humanum eligere, quos ad agendum aeternam salutem trahit.*

**F** Tertia explicatione Augustini est, quod Deus velit omnes homines salvos fieri, non formaliter, sed causaliter, quia facit Santos velle & procurare omnium salutem: dicit enim *Apostolus, Predicante Euangelium omni creature, docete omnes gentes, baptizantes eos, &c.* Sicut *Spiritus Sanctus postulare pro nobis dicitur, quatenus faciat ut postulemus.* Ita idem S. Doctor de Corrept. & Gratia cap. 15. Cum ergo in explicationem verborum Pauli tories Augustinus inciderit, & nunquam ea intellexerit universaliter de omnibus hominibus; ex illo loco A postoli non licet inferre, dari in Deo voluntatem antecedentem de salute omnium hominum.

Respondet Valquez hic dis. 8, cap. 2, num. 12. *Augustinum, locum illum Pauli, nullo exillis tribus modis recte exposuisse.* Idem dicit Petavius *Tomo 1. lib. 10. cap. 3.* ubi sic habet: *Sic quām variis modis locus iste vexatus sit ab iis qui contrarium sentiunt: tres quartuorve ex Augustino cōmemorati sunt à nobis, cum illius opinionem exponemus, qui mibi quidem ad eludendum magis exponunt, quām certi ac solidi yideris solent.*

Verum

Verum hoc responso non potest à temeritate excusari. Primo, quia doctrina Augustini in materia de Gratiā & Prædestinatione non est doctrina alicuius particularis Doctoris, sed totius Ecclesie, ut dicit Bellarminus, & fatetur ipse met Pervius Tomo I. lib. 9. cap. 6. his verbis: *Omnium Latinorum quorum in hac de gratia, vel eadem, ac prædestinatione controversia, majorem dixi ueritatem esse, principes est consensu Theologorum Augustini, caput de gratia sententiam, quod quo deinde confituntur Patres ac Doctores, tum vero Ecclesia Romana Presiles, Presulique Conventus aliorum, ratam & Catholicam esse iudicarunt, ut hoc saepe patuerat veritatis argumentum, quod ab Augustino potius ac decretum esse conficeret. Addo quod Hormisdas Papa in Epist. ad Possestorem Episcopum remittit cunctos Fideles ad libros Augustini, ut ibi videre possint, quid de gratia prædestinatione, Romana sentiat Ecclesia.*

Secundo ejusdem responsonis emeritas constat ex eo, quod non solùm D. Thomas hic ait, *ad Timoth. 2. leet. 1. sed etiam plures alii sancti Patres & Ecclesiæ Doctores, eodem modo exponunt & intelligent prædicta verba Apolloni Inter quos præcipui sunt D. Gregorius supra relatus, S. Prosperin Epist ad Rotundum, S. Fulgentius de Incarnatione & Gratia cap. 31. Author librorum hypognosticon, lib. 6. sub finem, Lups Servatus de tribus Quæst. qu. 2. de prædest. & denique Epistola synodalis Afrorum Episcoporum in Sardinia exulum, & acta Ecclesiæ Lugdunensis sub beato Remigio ejus Archiepiscopo. Ex quibus omnibus satis constat, quantum illi duo Auctores excellerint, dum illas Augustinianæ expositiones, non rectas, & ad elucidandum magis excoquatas, quam certas & solidas, appellarunt. Hac ergo responsonie rejectâ.*

C

419

420

421

422

423

424

425

426

427

428

429

430

431

432

433

434

435

436

437

438

439

440

441

442

443

444

445

446

447

448

449

450

451

452

453

454

455

456

457

458

459

460

461

462

463

464

465

466

467

468

469

470

471

472

473

474

475

476

477

478

479

480

481

482

483

484

485

486

487

488

489

490

491

492

493

494

495

496

497

498

499

500

501

502

503

504

505

506

507

508

509

510

511

512

513

514

515

516

517

518

519

520

521

522

523

524

525

526

527

528

529

530

531

532

533

534

535

536

537

538

539

540

541

542

543

544

545

546

547

548

549

550

551

552

553

554

555

556

557

558

559

560

561

562

563

564

565

566

567

568

569

570

571

572

573

574

575

576

577

578

579

580

581

582

583

584

585

586

587

588

589

590

591

592

593

594

595

596

597

598

599

600

601

602

603

604

605

606

607

608

609

610

611

612

613

614

615

616

617

618

619

620

621

622

623

624

625

626

627

628

629

630

631

632

633

634

635

636

637

638

639

640

641

642

643

644

645

646

647

648

649

650

651

652

653

654

655

656

657

658

659

660

661

662

663

664

665

666

667

668

669

670

671

672

673

674

675

676

677

678

679

680

681

682

683

684

685

686

687

688

## DISPV TATIO QVARTA

430

remus efficaciam, effectum non haber, nisi in his qui salvantur, & hoc ex culpa hominum.

53.

A dalia loca Scripturæ, in quibus dicitur Christum non esse mortuum pro impiis, & nolle salvare infideles & peccatores; dicendum est, Scripturam in his locis non excludere à Christi redempione, vel Dei benevolencia, personas illas substantialiter, quas contingit esse sub peccato, vel infidelitate; sed tantum exprimi in illis propositionibus conditionem, cum qua reduplicative Deus non vult salutem in illis exequi: id est significari, Deum non velle salvare peccatores aut infideles, manentes in peccato aut infidelitate.

54.

Ex quo intelliges verba Concilii Valentini 3. cap. 4. ubi dicitur: Christus non est mortuus pro his, qui in impietate mortui erant ante passionem eius: sensus enim est, illum non esse mortuum pro illic, eo fine ut iam positus in statu damnacionis, post exitum hujus vitæ applicaretur eis sua redemptio: unde in illo Concilio citatur propheticum oraculum Oœæ, quo Christus dicitur inferni esse dominator, non liberator: non tamen dicitur in illo Concilio, quod illis, quos jam damnatos Christus reperit in inferno, non fuerit tempore vita illorum oblatæ Christi redemptio, & auxilia ad salutem sufficientia.

55.

Objicit tertio Jansenius quedam Augustini testimonia, quæ videntur favere hanc sententiam. Nam Epist. 2. ad Eudivium ait: Non perit unus ex his pro quibus mortuus est Christus. Et ferm. 8. Natalis S. Vincentii: Christus non perdit quos emit sanguine. Item sepius repetit, illos esse tantum redemptos à Christo qui actu salvantur: Ergo ex Augustino Christus non est mortuus pro reprobis, sed tantum pro prædestinatis.

56.

Respondeo quod quando D. Augustinus dicit, neminem perire ex his pro quibus mortuus est Christus, aut illum neminem perdere ex his quos suo sanguine redemit, solum intendit, neminem perire, aut perdi à Christo, ex importunitate eos custodiendi & defendendi, vel ex defectu virtutis, ut enim ipsemet dicebat Joann. 10. Nemo rapiet oves meas de manu mea. Non autem intendit, quod nemo pereat ex propria libertate, vel culpa: nam Joann. 17. dicit Christus, perire aliquem eorum quos à Patre sibi datus accepereat, filium scilicet perditionis.

57.

Ad aliquid, quod additur, dicendum est, quod hæc vox, redimere, duos habet sensus. In primis enim redimere significat sufficiens pretium pro libertate captivi offerte, cum voluntate sincera ut tale pretium illi applicetur. Secundù redimere idem significat quod actu liberare captivum à servitute. Quando ergo D. Augustinus dicit illos tantum esse redemptos à Christo qui actu salvantur, loquitur de redemptione non in primo, sed in secundo sensu, ut explicat D. Prosper in Respons. ad 1. objectionem Vincentianam, his verbis: Cum propter unam omnium naturam, & unam omnium causam, à Domino nostro in veritate suscepimus, rectè omnes dicantur redempti, & tamen non omnes à captivitate sint liberati, redemptionis proprietas penes illos est, qui non jam resuadiboli, sed membra sunt Christi. Id est hi tantum dicuntur redempti, qui sunt justificati, & à potestate diaboli liberari.

58.

Obicit in super Jansenius: Christus non oravit pro reprobis, sed solum pro prædestinatis: Ergo non pro illis, sed tantum pro istis mortuus est. Consequens videtur legitima ex paritate

rationis, Antecedens vero probatur ex verbis illis Christi Joann. 17. Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quæ S. Augustinus sic interpretatur, ut ab illa oratione reprobos excludat. Similiter S. Thomas in cap. 17. Joann. led. 2. hæc verba, Non pro mundo rogo, sic exponit, id est pro mundi dilectoribus, Unde idem S. Doctor p. qu. 21. art. 4. ad 2. ait, Christum non orasse pro omnibus crucifixoribus, neque etiam pro omnibus querant credituri in eum: Ergo Christus non oravit pro reprobis, sed solum pro prædestinatis.

Respondeo primò, dato Antecedente, negando Consequentiam, nam ut rectè obseruat Cardinalis Toletus super cap. 17. Joann. ann. 8. Christi oratio atque mors sic inter se comparant, ut Christus animam agens pro iis omnibus sanguinem obtulerit pro quibus aliquando precies fuderit; non vero pro illis omnibus semper orarit, pro quibus erat moriturus: quia Christi sacrificium generale esse debuit, eosque complecti omnes quibus bene volebat: precies vero quandoque particulares esse potuerunt.

Respondeo secundò, negando Antecedente, ad cuius probationem dicendum, quod, quando Christus dicebat Joann. 17. Non pro mundo rogo, solum declarare volebat se non orare pro mundo, seu pro mundi dilectoribus, ut interpretatur S. Thomas oratione illa peculiari, quam tunc Christus post cenam ultimam fundebat pro solis Apostolis; non autem quod in modo planè modo pro mundo & dilectoribus orare intendebar; nam ibidem versu 21. orat ut mundus credat in eum, & in cruce pendens pro crucifixoribus suis oravit, & verba illa, Pater ignosc illis, ad omnes tortores suos extendit, ut supra ex Augustino vidimus, tunc, quando S. Thomas loco citato ex tercia parte ait, Christum non orasse pro omnibus crucifixoribus suis, neque etiam pro omnibus qui erant credituri in eum, non intendit quod Christus nullo modo pro ipsis oraverit, sed solum quod pro ipsis non oraverit oratione abstulit, & procedente ex voluntate consequenti, atque ut illis vijam æternam & media efficaciter ad illam conducentia à Patre obtinet, sic enim oravit solum pro prædestinatis. Unde statim subdit Doctor sanctus: sed pro his quoniam qui erant prædestinati, ut per ipsum vitam consequerentur æternam. Quibus verbis aperte declarat, se tantum illud genus orationis in Christo negasse pro crucifixoribus suis (inter quos plures erant reprobri) quam habuit pro Electis, pro quibus oravit ut infallibiliter vitam consequerentur æternam.

### ARTICULUS III.

E An Voluntas antecedens salvandi omnes homines, sit in Deo formaliter & propriè, vel solum eminenter & metaphorice?

Hanc questionem movemus contra aliquos recentiores theologos, qui licet contra Jansenium doceant velle omnes homines salvos fieri, voluntate antecedenti; hanc tamen voluntatem assertur non reperiiri in Deo propriè & formaliter, sed metaphorice tantum, vel eminenter, illamque non esse voluntatem beneplaciti, sed tantum signi. Ita Guillelmus Etius in 1. dist. 46. §. 3. & Basilius Legionensis in part. questione 6. scholastica capite 12. citans pro hac sententia Alexandrum, Bonaventuram, & Sto-

& Scotorum. Huic etiam ut probabilius ex Tho-  
mista adhucere Bannez, Navarretta, & Zumel.  
Aliud, ut Alvarez, Nazarius, Gonzales, Juan-  
nes. Thoma, & Salmanticensis, hanc senten-  
tiam absolute rejiciunt, & voluntatem antec-  
dentei salvandi omnes homines, esse in Deo  
proprie & formaliter, & non solum eminenter,  
ut metaphoricè, arbitrantur. Unde sic

## §. I.

Conclusio affirmativa statuitur.

Dico igitur, voluntatem antecedentem, quâ  
Deus vult omnes homines salvos fieri, pro-  
prie & formaliter, & non tantum metaphoricè, B  
relementer, in Deo reperi.

Probatur primum: Si voluntas antecedens, quâ  
Deus vult omnes homines salvos fieri, no 1 esset  
in Deo formaliter & proprie, se 1 metaphoricè  
tum, veleminenter, non esset voluntas bene-  
placitum, sed tantum signi: At hoc dici nequit: Er-  
go nec illud. Sequela Majoris pater, nam ut ait  
S. Thomas hic art. II. Voluntas propriè dicta vocatur  
voluntas beneplacitum, voluntas autem metaphorice di-  
cti voluntas signi. Minor verò suadetur ex eodem S. Doctor in 1. ad Timoth. cap. 2. lect. 1.  
obversa illa Apostoli, Vult omnes homines salvos  
fieri, exponens, hanc voluntatem reducit ad vo-  
luntatem beneplacitum. Id etiam exprestè docet  
quod de Verit. art. 3, his verbis: Voluntas deo  
propter dicatur, & hæc est voluntas beneplacitum.

C per antecedentem & consequentem distinguuntur. Et  
in 1. dist. 47. qui 1. art. 2. Possumus (inquit) loqui  
de voluntate beneplacitum, vel signi, & de voluntate be-  
neplaciti, vel consequente, vel antecedente. Ergo  
juxta S. Thomam voluntas antecedens de salute  
omnium hominum, ad voluntatem beneplacitum  
referunt, subindeque reperitur in Deo propriè  
& formaliter, & non solum metaphoricè & emi-  
nenter. Idque exempla judicis & mercatoris  
quibusdem S. Doctor ad explicandum volun-  
tam antecedentem de salute omnium homi-  
num, locis suprà art. 1. statim uititur, aperte de-  
clatani. Non enim metaphoricè tantum, & im-  
propriè, sed verè & realiter, pius & iustus iudex  
vult homicidam vivere, nisi alunde graviores  
obstante considerationes; pax felicitate & tran-  
quilitate reipublicæ, conservatio iustitiae &c. Si-  
militer etiam quis dicat mercatorum imminentie  
tempestate, non velle propriè & formaliter,  
sed metaphoricè tantum & impropriè conser-  
vare eices, quamvis voluntate conditionata,  
tempore si non imminentia naufragium, & non  
esse vixit periculum?

Probatur secundum ratione quam indicat idem  
S. Doctor 1. ad Timoth. 2. lect. 3. explicans illum  
locum Apostoli, Qui vult omnes homines salvos  
fieri: ubi docet quod sicut conservatio mercium,  
secundum se considerata, est bona & volibilis à  
mercatore; quamvis si consideretur ut causa nau-  
fragii, & ut ex illa lequitur submersio navis, non  
sit bona, nec ab ipso volibilis: ita in Deo salus  
omnium hominum secundum se, seu absolute  
considerata, habet rationem volibilis, quamvis  
si consideretur ut bonum divinae justitiae, & quod  
peccata ponantur, non sit bona, nec volibilis.  
Unde sic licet argumentari. Illud tamen actum  
voluntatis divinae. & est ab ipsa formaliter volun-  
tum, & non tantum metaphoricè, quod secun-  
dum est bonum & volibile. At salus omnium  
hominum, secundum se considerata, est bona, &

A volibilis; cum ut sic non consideretur ut impedi-  
tiva majoris boni: pulchritudinis felicitat universi, & manifestationis divinae justitiae erga re-  
probos, & misericordia erga electos: Ergo est à  
Deo volita propriè & formaliter, & non solum  
metaphoricè vel eminenter.

Tertio suadetur conclusio Deus vult formaliter,  
voluntate antecedenti, conversionem omni-  
um peccatorum; cum illos in Scriptura invitet,  
& hortetur ad poenitentiam, & cum afferat 2. Pe-  
tri. se nolle aliquem perire, sed omnes ad po-  
nitentiam reverti: Ergo similiter vult eadem  
voluntate antecedenti illorum salutem. Conse-  
quentia est evidens, ille enim qui vult medium  
ordinatum ad aliquem finem, à fortiori censetur  
velle ipsum finem, eodem saltē modo quo vult  
medium ad illum conducens. undecum poen-  
itentia, & conversione peccatoris, sit medium con-  
ducens ad salutem eternam; si Deus habet vo-  
luntatem veram & sinceram de conversione o-  
mnium peccatorum, verè etiam & sincere vo-  
luntate antecedenti vult illorum salutem.

Quarto probatur conclusio. Volitio libera qua-  
nunquam implatur, non ex impotentiā agen-  
tis, sed in ipius libera voluntate, & ex meritis  
objecti, nullam imperfectionem Deo repugnan-  
tem involvit: Ergo licet voluntas antecedens,  
quâ Deus vult omnes homines salvos fieri, sit  
inefficax ex ipius volentis libera dispositione,  
& ex meritis ipsius objecti secundum se con-  
siderat, & ut praescindit à circumstantiis &  
conditionibus individualibus, admitti tamen debet  
ut formaliter & propriè existens in Deo, & non  
solum metaphoricè, vel eminenter.

Quod magis urgetur. In Deo dantur volitio-  
nes liberae, subjectivè absolutæ, & conditiona-  
tæ objective, de conditione nunquam implenda,  
ut ostendimus Tract. præcedenti disp. 5. art. 1.  
constatque ex illis verbis Matth. 11. Vt ibi Cor-  
rozain, vt tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sydone  
facte fuissent virtutes que facte sunt in te, olim in ci-  
licio & cinere penitentiam egissent. Ubi poenitentia  
Tyrorum prænuntiatur futura, & conse-  
quenter volita à Deo, sub conditione signorum &  
miraculorum Christi, quæ conditio apud Tyrios  
purificata non fuit, cum nunquam apud illos  
prædicta signa patrata fuerint: At volitiones istæ  
nunquam implentur, ex defectu conditionis:  
Ergo dantur absque imperfectione, formaliter  
in Deo volitiones liberae, inefficaces, & nun-  
quam implenda: quare licet voluntas ante-  
dens de salute omnium hominum sit inefficax,  
ex libera ipsius volentis dispositione, & nun-  
quam implatur, non tamen propterea negari  
debet, reperiiri in Deo formaliter. Unde D. Tho-  
mas in 1. dist. 46. quæst. 1. art. 1. ad 2. Voluntas

E antecedens potest dici conditionata, nec tamen est im-  
perfectione ex parte voluntatis divinae, sed ex parte vo-  
litati quod non accipitur cum omnibus circumstantiis  
que exiguntur ad rectum ordinem in salutem.

Denique potest suadeti conclusio hæc ratione.  
Sicut volitio efficax mediorum efficacium, sup-  
ponit necessarij efficacem finis intentionem; ita  
volitio mediorū tantum sufficientium, necessarij  
præsupponit inefficacem saltē finis volitione.  
Sed voluntas antecedens terminata ad au-  
xiliis sufficientia ad salutem, eaq; saltē præpa-  
rat ac disponit: Ergo necessarij supponit, vel in-  
cludit volitionem saltē inefficacem nostræ sa-  
lutis, in Deo formaliter existente. Minor consta-  
bit ex dicendis art. 5. Major verò facile suadetur:

Tum

GG 3

## DISPUTATIO QUARTA

422

Tum quia velle media, & non ex amore finis, est præter intentionem, & veluti à casu operari, quod perfectissimo agenti repugnat. Tū etiam, quia electio & intentio sic comparantur in ordine appetibili, sicut affensus conclusionis & affensus præmissarum in ordine speculabili: Sed affensus conclusionis necessariò oritur ex affensu præmissarum: Ergo electio medii necessariò præsupponit intentionem finis.

67. Dices, sufficere quod volitus mediis procedat ex volitione finis virtuali, non autem requiri quod formalem finis volitione supponat; & sic volitus mediortum & auxiliarium sufficientium, supponere quidem voluntatem antecedentem salutis hominum, virtualiter, vel eminenter, non tamen formaliter in Deo existentem.

68. Sed contra primò: Volitus virtualis finis est volitus illius quatenus continentur in mediis: Sed ex illa, prout sic, nequit oriri mediorum sufficientium volitus: Ergo nequit procedere ex volitione virtuali finis. Major constat, Minor probatur, Volitus finis ut in mediis contenti, est volitus ejus prout terminata ad media: Sed volitus mediotorum nequit oriri ex eorundem volitione, alias à seipso procederet, & à se caufaretur, & le ipsam præsupponeret. Ergo nequit oriri ex virtuali volitione finis.

69. Secundò, Volitus efficacis mediis efficacis, oriri nequit ex efficaci volitione virtuali finis, sed necessariò præsupponit efficacem volitionem formalem finis, ut demonstrant Thomistæ in Tractatu de Prædestinatione, & ex hoc probant prædestinationem non supponere præscientiam meritorum, ut ibidem ostendemus: Ergo nec volitus mediotorum sufficientium oriri potest ex virtuali volitione finis, sed formalem necessariò præsupponit.

### S. II.

#### Solvuntur Objectiones.

70. Objecies primò D Chrysostomus homil. i. in Epist ad Ephes. dicit quod Deus valde cupit, valde desiderat nostram salutem: At desiderium non est in Deo propriè & formaliter, sed in proprietate & metaphorice, ut infra diff. 6. art. 2. ostendemus: Ergo nec voluntas antecedens de salute omnium hominum.

71. Sed facile respondeatur, Chrysostomum ibi usurpare nomen desiderii latè, & in ampla quadam significacione, quatenus ferventissimus amor aliquus rei, etiam presentis & possessoris, desiderium ejus interdum appellatur. Unde de Angelis beatis, qui continuò Deum contemplantur & vident, dicitur i. Petri i. In quem desiderant Angelii proficere. Ut ergo Chrysostomus significaret esse in Deo ardentissimum nostræ salutis amorem, & veram ac sinceram voluntatem salvandi homines, eam desiderium appellavit.

72. Objecies secundo: Nulla voluntas inefficax potest esse propriè & formaliter in Deo: Sed voluntas antecedens salvandi omnes homines est inefficax in reprobis, ut constat: Ergo non est in Deo formaliter, sed tantum metaphorice; nec est voluntas beneplaciti, sed ligni. Minor patet, Major probatur primo: quia omnis voluntas Dei secundum Scripturam esse efficax, & semper impletur: dicitur enim Iat 246. Omnis voluntas mea fieri. Et Ps. 134. Omnia quecumque volunt Dominus fecit. Secundò probatur: Omnis voluntas inefficax, & carens effectu, dicit imperfectionem: Ergo non est in Deo formaliter.

73. Respondeo negando Majorem, ad cuius pri-

A mam probationem dicendum est, illat testimonio Scriptura & similia, intelligenda esse de voluntate Dei simpliciter, qualis est sola voluntas consequens, ut docet S. Thomas hic art. 6. ad 1. non verò de omni voluntate Dei, quæcumque illa sit: nam ex eodem Scriptura colligitur datum Deo aliquam voluntatem, quæ non impletur, juxa illud Matth. 23. Jerusalēm, Jerusalēm quæ occidit Propheta, &c. quoties volunti congregari filios tuos & nolviisti, &c. Secundò dici potest quod omnivolumen Dei sit, quia à nullo impeditur, neccaliquis resistere valet, sed si aliquando non impletur, est quia hoc ipsum est voluntum ab eo, & si sive aliquid sit, sive non, totum est ex ejus voluntate: cum quo ramen sit, quod in ordine ad efficiat qui interdum non ponitur in te, dicuntur inefficax. Unde ad secundam probationem ejusdem Majoris, dicendum est, duplicit voluntatem aliquam dici posse inefficacem: primum ex aliquo impedimento extinco, vinceret aut retardante efficaciam ipsius; secundò ex propria ordinatione & providentia ipsius voluntis. Voluntas inefficax primo modo, est imperfecta, & non potest esse in Deo, nonnam si sit inefficax solum secundo modo: quo pacto voluntas antecedens quam Deus habet de salute omnium hominum, est inefficax, quia ex propria ordinatione & providentia sua. Deus vult quod carere effectu, & sit inefficax. Hoc enim pertinet ad universaliter provisorum, ita ordinare omnia ad suos fines, ut permittat quod aliqua frustrentur suo effectu, & talem finem non sequentur; quia nisi frustarentur, sequentur majora inconvenientia. Ut patet in ordinatis naturali, in quo Deus ordinat corruptionem & destructionem quorundam individuum, ad conservationem aliquis speciei i. v. g. quod leo deo exterminatur, ad conservandam speciem leonis, &c. Ita similiter in ordine supernaturali, Deus tanquam universalis provisorum, provideat debet per voluntatem antecedentem, quod omnes homines sint capaces beatitudinis, quod D tangent quantum est de se in illam, & debet illi preparare per talem voluntatem medium & auxilia sufficientia ad illam consequendam. Ut tamen locis detur mutabilitati, contingenti, & infinitati libertatib[us], & ut manifestetur plenitudo sue justitiae erga aliquos, & splendor sue misericordie erga alios, debet per voluntatem consequentem, non velle efficaciter salutem aliquorum, eisque denegare media efficacia ad illam consequendam.

Objecies tertio: Si diceretur in Deo voluntas antecedens salvandi omnes homines, vel illa terminaretur ad salutem illorum ut futuram, vel solum ut mere possibilem: Primum dicinque, cum falsus reproborum revera futura non sit, de illa enim numquam verificabitur quod de facto sit. Nec secundum, quia ut supra ostendimus, Deus non vult nec amat ea quæ sunt in statu mere possibilis: Ergo talis voluntas non datur in Deo.

Respondeo voluntatem illam terminari ad gloriam & salutem reproborum, non ut pure possibilem, sed ut futuram, non quidem futuritione completa & perfecta, sed imperfecta & inchoata, pro cuius intelligentia

Notandum primò: Futuritionem terum à causis desumi, non ut præcisè in actu primo confidatis, à quibus propter sic possibilis definiuntur, sed ut determinatis ad dandam illis existentiam.

No-

Notandum secundò: Duplēcē esse posse determinationem causarum: unam perfectam & complētam, alteram imperfectam & inchoatam. Illa in causis secundis inventur, ut prævenit aut preventiōnis auxilio efficaci, infallibiliter cum suūtione effectus connexo, & in prima causa, tempe voluntate divina, determinata de ceto efficaci. Secunda vero iuuenit in causis secundis, ut munus auxiliis sufficientibus. & in causa prima ut per actum liberum inefficacem, objec-  
tum amante. Cū ergo ista determinatio ad salutem omnium hominum, non sit à causa pri-  
ma secunda ut omnino indifferētibus, sed ut  
per aliquid modo determinata, conseq̄ens  
neglectus ab illis, prout sic desum possit denomi-  
natio non pura possibilis, sed aliquālis su-  
monis rei volita; licet quia talis determina-  
tio non sit efficacē & completa, neque ab illis,  
potius in hoc statu, perfecta rerum futuritatis de-  
finiti. Gloria ergo reprobatorum, ex vi voluntatis  
Deiancedentis, est imperfecta & inchoativa  
facta, quia per talem actum divina voluntas  
quodammodo ad illius existentiam afficitur, & ex  
ib⁹ intentione oritur media sufficiētia, qui-  
bus voluntas hominum aliquiliter ad illam rea-  
tit determinata; licet quia hæc determinatio, tā  
in causa prima, quam in secunda, efficacē &  
perfecta non est; non sit perfecta & completa futura;  
unde gloria terminat prædictam voluntatem, ut  
inchoativa futura. Ex quo non licet inferre, re-  
probos de facto esse glorificandos; quia licet de  
eo quod est perfecta & completa futurum, sit ali-  
quando venit quod de facto sit, de illo tamen  
quod imperfecta solum & inchoativa futurum  
est, nec solum non est, quod verificetur aliquā-  
do de se p̄fens; juxta illud Aristot. 2. de Genera-  
tione et. 64. Futurus quis incedere, non inceder.  
Instans. Auxilia sufficientia orta ex illa voluntate salvandi omnes homines, relinquit voluntatem hominis in differentem, ut aequaliter, vel  
non aequaliter lucem; Ergo licet ex vi illorum,  
deconqueratur ex vi voluntatis antecedentis ex  
qua signantur, sed ad gloriam proximā possi-  
bili, non tamen constitutur aliquā ratione fu-  
tura. Pater Consequens: nam fuit ratio rei su-  
mi nequit à causa omnino indifferentibus ad  
hoc ut sit vel non sit.

Respondeo distinguendo Antecedens: Auxilia sufficiētia relinquunt voluntatem indiffe- entem, indifferentia eliciunt a clūs perfeti, & affectu-  
tio clūs, concedo Antecedens: quod in-  
dicationem, nego Antecedens. Licet enim auxi-  
lium sufficiētia non applicet voluntatem ad a-  
ctum perfectum, ad quem ex natura sua ordina-  
tur, illam tamen applicat ad actus imperfectos,  
qui voluntatem preparant, disponunt, & incli-  
nanc ad perfectiores; ut docent communiter E

Thomisti in Tractatu de auxiliis. Unde licet ratione illius, actus perfectus, & salus aeterna, non  
reddantur perfecta & completa futura, bene ta-  
men inchoativa & imperfecta.  
Objicis quartò: Voluntas antecedens de salu-  
te omnium hominum, non est vera & sincera vo-  
luntas, sed fictitia & simulatoria. Ergo non est  
in Deo propriè, sed tantum in metaphorice. Con-  
sequens pater, Antecedens probat primò ex  
D. Thoma qui hic art. 6. ad 1. & 3. p. quæst. 2. t.  
art. 4. in corp. loquens de voluntate illa ante-  
cedente, dicit quod illa magis est appellanda vellei-  
tia, quam absolute voluntas.

Secundo, Deus antecedenter ad prævisa de-

A merita vult aliquos reprobare, reprobatione negativā, id est illis denegare gloriam ut bene-  
ficiū indebitum; & post prævisa demerita, illos reprobat, reprobatione positiva, quæ non solū importat denegationem gloriæ, sed eti-  
am inflictionem pœnæ, ut offendimus in Tra-  
ctatu de Prædefinitione. At hæc voluntas, seu  
reprobatio negativa, non videtur posse coha-  
rere cum vera & sincera voluntate salvandi o-  
mnes, sed illi opponi & contrariafi. Ergo idem  
quod prius.

Tertio, si eset in manu & potestate merca-  
toris, evitare aut vincere tempestatem, & con-  
servare merces, quis diceret illum habere ve-  
ram & sinceram voluntatem de earum conser-  
vatione, si postmodum imminentे tempestate,  
eam non vitaret & vinceret? Cū ergo Deus  
habeat in thesauris suis omnipotentia media  
efficacia quibus potest omnes homines salvos  
facere, non videtur habere veram & sinceram  
voluntatem salvandi reprobos, quibus talia  
media denegat, & conferit vel offert solū sus-  
ficiētia.

Respondeo negando Antecedens, ad cuius  
primam probationem dicendum est, quod licet  
D. Thomas interdum voluntatem antecedentem de salute omnium hominum, velleitatem ap-  
peller, per hoc tamen non intendit docere, illum  
non esse voluntatem de facto, aut non esse for-  
maliter in Deo, sed solū illum non esse vo-  
luntatem simpliciter, sed secundum quid, qua-  
tenus attingit objectum secundum se, & præci-  
sum a circumstantiis. Sic enim clare se explicat  
hic art. 6. ad 1. his verbis: Neque tamen id quod  
antecedenter volumus, simpliciter volumus, sed se-  
cundum quid; quia voluntas comparatur ad res secun-  
dum quod in seipsis sunt, in seipsis autem sunt in par-  
ticulari, unde simpliciter volumus aliquid, secundum  
quod volumus illud, considerato omnibus circumstan-  
tiis particularibus, quod est consequenter velle: unde  
potest dici quid judex iustus simpliciter vult homici-  
dam suspendi, sed secundum quid velt eum vivere,  
scilicet in quantum est homo, unde magis potest di-  
velleitas, quam absoluta voluntas.

Addo quod, voluntas Deiancedens de salu-  
te omnium hominum, est conditionata: volun-  
tas autem conditionata, comparativè ad abolu-  
tam, velleitas appellari solet, ut docet S. Thom-  
mas in 4. dist. 17. quæst. 2. art. 1. ad 3. his verbis:  
Quamvis voluntas completa non possit esse de impos-  
sibili, tamen voluntas conditionata, que & VELLEI-  
TAS dicitur, potest esse de impossibilibus. Quibus  
verbis aperte declarat, voluntatem inefficacem  
& conditionatam, quamvis sit vera & sincera  
voluntas, posse tamen dici velleitatem ad di-  
flictionem voluntatis abfolita & efficacis.

Ad secundam probationem ejusdem Ante-  
cedentis, respondeo voluntatem antecedentem  
quam Deus habet salvandi omnes homines, non  
contrariari reprobationi negativa, nec positiva;  
seu voluntati quam Deus habet aliquos exclu-  
dendi à gloria beneficio indebito, vel illos in  
penam peccatorum, aeternis suppliciis deputan-  
di. Quia prima voluntas nascitur ex se, & ex  
præcisa ratione bonitatis divina. Secunda vero  
(saltēt quantum ad reprobationem positivam)  
nascitur ex nobis, & ex ostensione divina ju-  
stitia. Nam ut eleganter dicit Tertullianus lib.  
1. contra Marcionem: Deus est seipso bonus, ex nobis  
justas: prior est bonus secundum naturam, posterior  
severitas secundum causam &c.

## DISPUTATIO QUARTA

424

82.

Ad tertiam probationem, conceffio Antecedente, neganda est Consequentia & paritas. Ratio discriminis est, quia mercator est aliqua persona particularis, qua solum intendit bonum particulae & utilie, non vero bonum commune & generale totius universi; unde si ille posset adhibere media efficacia ad conservationem mercium, imminente tempestate, & ea tamen respueret, vel negigeret, non censeretur habere voluntatem veram & sinceram de illarum conservatione, Deus autem est causa generalis, & universalis provvisor, qui non solum debet intendere & procurare bonum particulae aliquorum hominum, sed etiam bonum generale totius universi, & permettere quod aliqua creatura deficiat, & frustreretur suo fine: quare, licet non conferat omnibus media efficacia ad salutem, habet tamen veram & sinceram voluntatem illos salvandi, quamvis inefficacem & conditionatam, modo infra explicando.

83.

Objecies ultimò: Voluntas signi non est formaliter in Deo, sed solum metaphorice: Arqui voluntas antecedens salvandi omnes homines, est voluntas signi: Ergo non est in Deo formaliter. Major constat ex iuris dictis. Minor probatur ex D. Thome opusculo de Præscientia & Prædestinatione cap. 6. ubi ait: Deus dicitur rebus a quid duxi: uno modo proprie, & sic dicitur velle aliquid cuius voluntas vera in eis, quod sibi complacet; hoc dicitur voluntas beneficiorum, quae semper in omnibus insuffisit impletur, & de hac loquitur Scriptura Ioseph 46. Omnis voluntas mea sit. Alio modo dicuntur velle aliquid metaphorice, id est per similitudinem, eo quod ad modum voluntatis haberet, in quantum præcipit, consulit, prohibet, vel permittit aliquid; & hoc dicitur voluntas signi, quae non semper impletur, de qua dicit Apostolus 1. ad Timon. 2. qui vult omnes homines salvos fieri, cum tamen omnes salvati non sunt, sed multi damnantur.

84.

Respondeo concilia Majori, negando Minorem: ad cujus probationem in primis dico opusculo illud non esse D. Thome quod mihi suadent tria. Primum est, illud inter alia opuscula non inveniri. Secundum, in Romana editione, quia alii est preferenda, tale opusculo in illius operibus non haberi. Tertium, quia D. Thomas sibi manifeste conradiceret, cum apertissime doceat locis supra relatis, voluntatem de salute omnium hominum, non esse voluntatem signi, sed beneficiorum.

85.

Secundò responderi potest, talem voluntatem referri posse, vel ad voluntatem signi, vel ad voluntatem beneficiorum, secundum diversas considerationes. Prout enim denotat actum divina voluntatis formaliter in Deo existentem, voluntas beneficiorum dicitur: quatenus vero aliquo signo exteriori manifestatur, voluntas signi appellatur: ut explicat S. Doctor super caput 1. Epist. ad Timon. 1. his verbis: Velle ponitur quandoque pro voluntate beneficiorum, quandoque pro voluntate signi. Pro voluntate signi vult salvare omnes, quia omnibus proposuit salutis precepta, consilia, & remedia. Pro voluntate beneficiorum sic exponi potest quatuor modis &c. Unde quando S. Thomas in prædicto opusculo de Præscientia & Prædestinatione afferit quod voluntas illa, quæ Deus vult omnes homines salvos fieri, est voluntas signi, per hoc non excludit, quin sit etiam voluntas beneficiorum: nihil enim prohibet (ut supra ex eodem sancto Doctore ostendimus) de eodem secundum diversas considerationes, esse voluntatem beneficiorum & signi.

Art. 1.

§. 3.

### ARTICULUS IV.

An voluntas antecedens salvandi omnes homines fit conditionata, & expectans consensum & determinationem voluntatis humanae?

P Artem affirmativam tenent communiter Recentiores cum Molina, assertentes voluntatem Dei antecedentem, dici conditionatam, eò quod dependeat à consensu liberi arbitrii, tanquam à conditione quam expectat, & ex ius defectu redditur inefficax, ac frustratur suo effectu.

Addunt aliqui, quod si Deus voluntate aboluta & per se efficaci vellet salvare homines, & orum libertas destrueretur, quia ex illa inducitur necessitas antecedens, libertatis contraria, unde Petavius Tomo 1. libro 10. cap 3. docet, Deum erga Omnes homines quādam voluntatis propensione ferri, ut eos salvos ac beatos vellet, & quidem efficaci quantum est ex se, non autem absoluta & conditionis experta voluntate, sed ad talem conditionem implicata, si & ipsi consentire voluerint.

C Hæc tamen sententia, & hic modus explicandi voluntatem antecedentem, diplicet omnibus D. Augustini & S. Thomæ Discipulis, qui cum utroque sancto Doctore constantissime assertunt, voluntatem Dei esse de se efficacem; illa, quæ non expectat, sed causare contentum & determinationem liberi arbitrii creari, ut si ostendemus disputatione sequenti, ubi agamus de divinorum decretorum efficacia & causitate.

### S. I.

Conclusio negativa statuitur, & variis argumentis & rationibus suadetur.

D Ico igitur, Voluntatem antecedentem salvandi omnes homines, non dici conditionatam, ex eo quod pendeat à consensu voluntatis humanae, tanquam à conditione quam supponit, vel expectat à libero arbitrio: Sed quia importat actum conditionatum, quo Deus vellet salutem omnium hominum, nisi hoc repugnat ordinis sua providentia, & nisi ex hoc impeditur bonum universale sua justitia, & manifestatio suorum attributorum.

E Conclusio sic explicata probatur primò ex D. Thome supra relato in 1. dist. 46. quod. i. art. 1. ad 2. ubi ait: Voluntas antecedens potest dici conditionata, nec tamen est imperfectio ex parte voluntatis divinae, sed ex parte voluntatis, quod non accipiatur cum omnibus circumstantiis, quæ exigunt ad rectum ordinem in salutem. Quibus verbis aperte docet voluntatem antecedentem non dici conditionatam, eò quod pendeat tanquam à conditione, à consensu & determinatione liberi arbitrii, ut assertur Recentiores, sed ex eo quod attingat suum objectum, scilicet salutem hominum, ut præcisam à circumstantiis particularibus: manifestatione scilicet sua justitia, pulchritudine universi &c. quia illam vellet, nisi tales considerations obstant. Idem docet in 1. ad Timon. cap. 2. lect. 1.

F Probatur secundò conclusio ex Augustino. contra

contra Julianum cap. 8, & in Enchiridio cap. 25, & 27, ubi ait: *Muli salvi non sunt, non quia ipsi nati, sed quia Deus non vult, quod absque ulla contraria manifestatur in parvula.* Quibus verbis non solum clare docet nostram conclusionem, sed etiam efficacem insinuat rationem ad illam demonstrandam. Nam voluntas antecedens (ut communiter docent theologi contra Vazquem) comprehendit non solum adulti, sed etiam parvulos sine baptismo decedentes. Sed talis voluntas prout se extendit ad parvulos, non potest dici conditionata, si ipsi velint, ut constat, cum illi non habeant usum rationis & libertatis arbitrii. Neciam si parentes eorum velint eos baptizari, ut eorum baptismo non ponant impedimentum. Tum quia baptismus, pueris in utero nato decedentibus, humana diligentia appetitione potest, cum in tali statu non possint illis operationi ministrorum Ecclesiae ut docet S. Thomas 3 p. qu. 68. art. 11. Tum etiam, quod ait Augustinus de Dono persever. cap. 12. Quod dicunt quod parvulus aliquando, antequam illi ministerium baptantis succurriri posset, expirat: *perinde enim felicitatibus parentibus.* & paratus natus, ut bapt. s. nus parvulo detur. **DEO TAMENR NOLENTE NO DATUR**. Et libro 6. contra Julianum cap. 5. Aliquando (inquit) adoptat in filium, quem formauit in utero immundissime scemina, & ali quando **NON VULT** esse filium suum, quem formauit in utero sua. Ille quippe ad baptismum nescio quā præsione pervenit, iste repentinā morte non perveriet. Atque ita Deus, in cuius potestate sunt omnia, faciat eis in Christi consortio, quem formauit in dia boli animaliis; & **NON VULT** esse in regno suo, quem formauit in templo suo. Similia habet Epist. 105. & 107. de Gratia & libero arbitrio cap. 22. de natura & gratia cap. 28. & alibi: *Ego.*

Probatur tertio conclusio: *Quia Pelagius in commentario horum verborum A postoli, Deus vult omnes homines salvos fieri, eodem modo illa exponit que Recentiores: ait enim, Deum vult omnes homines salvos fieri, si ipsi tamen volunt Dei conformati voluerint. Eadem interpretationem adhibebat Julianus eus Discipulus, ut retinet D. Augustinus libro 4, contra eundem Julianum cap. 8, his verbis: Sed pons apostolus tam nonnullum, & ab eo diuis pulsantibus aperiri, qui omnes homines vult salvos fieri, & in agnitionem venire: ut videatur intelligamus, docentibus vobis, ideo non omnes homines salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire: quia ipsi nolunt petere, cum Deus vult dare; volunt querere, cum Deus vult ostendere; nolunt pulsare, cum Deus vult impetrare.*

Iudeocebant Semipelagiani, ut colligitur ex Epistolis Prosperi & Hilarii ad Augustinum, & factur Petavius de Theol. dogm. Tomo 1. libro 9. cap. 6. his verbis: *Petrus Diaconi in Epistola ad Regentum de incarnatione & gratia Christi, Semipelagianorum rationem refellit, agens Deum velle omnes homines salvos fieri, sed verum voluntate fieri ut non salvenerit. Unde Beatus Remigius Archiepiscopus Lugdunensis, in libro de tribus Epistolis, postquam tres expositiones, quas adhibet Augustinus, prædictis verbis A postoli retulit, loquens de quarta, quae est Damasceni, sic ait: In quarto autem modo illa sua dubio carentiam est, quia & occasionem Pelagianorum præstat propter, que Deum, ut salver homines, humanas expectare afferit voluntates. Idem*

*Tom. I.*

**A**fferit Magister sententiarum in 1. dist 46. ubi dicit, quod occasio horum verborum Apostoli Deus vult omnes homines salvos fieri, multi à veritate deriverunt, dicentes Deum multa fieri velle quia non sunt.

**R**espondent Adversarii: Pelagianos & Semipelagianos in hoc errasse, quod asserterant omnes homines salvos fieri, si ipsi velint, voluntate naturali, & præcedente gratiam: esse autem Catholicam doctrinam, afferere Deum velle omnes homines salvos fieri, si ipsi velint, voluntate præparata per gratiam; quamvis talis gratia subdatur libero arbitrio, quantum ad efficaciam & usum, & illius applicationem & determinationem expectet, ut inactum determinatum exeat.

Sed contra primò: Pelagius in tertio saltē statu sua hæresis admisit gratiam internam illuminantem, & moraliter excitantem, ut aperit colligitur ex Augustino in libro de Gratia Christi capite 7, ubi sic Pelagium loquenter inducit: *Adjurat enim nos Deus, dum cordis nostri oculos aperit, dum nobis, ne presentius occuperimur, futura demonstret, dum diazoli pandit infidias, dum nos multiformi & ineffabiliter dono*

**GRATIA COELESTIS** ILLUMINAT.

Et capite 10. ejusdem libri ait idem Pelagius: *Operatur Deus in nobis velle quod bonum est, velle quod sanctum est, dum nos terrenis cupiditatibus delitos, auctorum more animalium, tantummodo presentia diligentes, future gloria magnitudine & priorum pollicitatione succendit, dum revelatione sapientie in desiderium Dei, stuporem suscitat voluntatem. Dum nobis (quod tamen atri negare non metuit) SUADET omne quod bonum est.*

Ergo quando Pelagius & Julianus dicebant, velle Deum omnes homines salvos fieri, si ipsi velint, aut consentiant, non loquebantur de voluntate aut contentiu mei naturali, & præcedente omnem gratiam, saltē interius illuminantem, & moraliter excitantem, quemadmodum solū admittunt Adversarii; sed de voluntione & consensu, qui erat a voluntate sub gratia constituta, non tamen ab illa applicata & determinata. Quod adhuc evidenter est in Semipelagianis, ut colligatur ex D. Prospero in Epistola ad Augustinum, versus finem: ubi Pelagianorum sententiam ieirens, sic ait: *Per omnia inventur & una sententia, quā prædestinationem Dei secundum præscientiam receperunt, ut ob hoc Deus alios sapiens, alios contumelie fecerit, quia finem uniuscuiusque præviderit.* ET SUB IPSO GRATIAE ADJUTORIO, in sua futurus esset voluntate & actione præsuerit. Ecce voluntatem, seu voluntatis determinationem & consensum prævisum, non sine auxilio Dei, sed sub ipso gratia adiutorio, possumus à Semipelagianis, quamvis non ab ipso causatum.

Secundò, dato etiam & non concesso, quod Pelagiani & Semipelagiani intelligerent hæc verba A postoli, Deus vult omnes homines salvos fieri, si ipsi velint, voluntate mei naturali, & per gratiam nullatenus præparata; hoc tamen non solum in eis reprehendebant Sancti Patres, sed præcipue hoc in eis clamabant, quod dicent, Deum ira velle omnes homines salvos fieri, quod per voluntatem creatam poterat frustrari & impediti divina: Sed hoc idem afferunt Adversarii. Ergo ab illis totaliter non discedunt. Minor constat, Major autem proba.

## DISPUTATIO QUARTA

probatur ex verbis Petri Diaconi, & Magistri fermentiarum suprà relatis: ait enim Magister, quòd occasione horum verborum Apostoli, multi à veritate deviaverunt; dicentes Deum multa fieri velles que non sunt. Idem colligitur ex Augustino in Enchiridio cap. 103, ubi postquam prædicta Apostoli verba exposuit secundum distributionem accommodam, vel incompletam, addit: Illa quocumque alio modo intelligi posse, dum tamen credere non cogitur, aliquid omnipotenter Deum voluisse fieri, factumque non esse. Item beatus Remigius loco suprà citato ait: hanc sententiam Apostoli, Deus vult omnes homines salvos fieri, fideliter posse recipi, si hanc voluntatem bonitatis sua erga salutem hominum, non creditur humana obstante voluntate implere non posse. Et addit: Quid ergo restat, nisi ut ille qui omnia quacumque voluit, fecit, ideo hoc non faciat, qui noluit, non quia non posset? quia sicut vere omnia que voluit, fecit, ita verè notuit que non fecit: quos ergo voluit salvare salvavit, quia omnia quacumque voluit, fecit. Denique Luper Servatus de tribus questionibus quæst. 2. de Prædestinatione, sic habet: Quod venerabilis Paulus ait, qui vult omnes homines salvos fieri, non sic accipendum est, quasi cum Deus vult generaliter omnes fieri salvos, quibusdam impudentibus impotentissimus, non valeat omnipotens implere quod vult; sed ita potius, quod illis sive voluntibus sive noletibus (nam plure in infantili atate baptizari, horum non habentes discrimen, mox vitâ excedentes transiunt ad gloriam) salvantur omnes, quoscumque ille salvare voluerit.

93. Quartò probatur conclusio Deus ut supremus Dominus gloria ante prævisa hominum merita & demerita elegit efficaciter quosdam ad gloriam, & voluit alios effacaciter excludere ab illa ut beneficio indebito, ut ostendemus in Tractatu de Prædestinatione, constatque ex illis verbis Pauli ad Roman. 9. Non ex operibus, sed ex rocante dictum est: Iacob dicit ex ixi. Etsi autem odio habui. At cum voluntate efficaci excludendi reprobos à gloria ante prævia eorum demerita, non est compatibilis voluntas conditionata conferendi illis glosiam, sub conditione quod per ipsos non stererit, ut de se est manifestum: Ego voluntas antecedens non habet pro objecto gloriam, ut futuram sub conditione quod homines velint, aut per ipsos non stererit.

94. Quintò suaderetur conclusio. Decretum conditionatum, seipso producit effectum, per hoc præcisè quod purifetur conditio: Sed voluntas antecedens salvandi omnes homines, etiam si ponetur conditio, nempe humana volitio, aut non resistenter liberi arbitrii, non haberet effectum, absque adjuncta efficacia voluntate Dei: Ergo non terminatur ad gloriam sub prædicta conditione futuram. Major constat, Minor vero in qua est difficultas probatur primò: quia ut exprestè docet S. Thomas I. ad Annibaldum dist. 46. quest. unicā art. 2. ad 2. voluntas antecedens non habet effectum, nisi voluntas consequens adjungatur. Secundò, quia alias totum prædestinationis negotium, in purificatione illius conditionis considereret, & consequenter, per hoc præcisè quod homines per liberum voluntatis consilium, intelligerentur determinare voluntatem illam antecedentem & conditionatam, prædestinati intelligerentur, & à reprobis discriberet, & sic prædestinatus seipsum à reprobo discerneret, contra illud Pauli: Quis enim te discernit? Item prædestinatione electorum non esset

A providentia specialis ordinis supernaturalis, sed ad generalem, per quam Deus omnes homines ad finem supernaturalem elevavit, & media sufficientia ad illum consequendum preparavit, reduceretur: quæ falsa sunt & erontur in Tractatu de Prædestinatione confitab.

Denique probatur conclusio: Cum homines non possint velle salutem, nisi Deus velit eos velle, & nisi in eis operetur ipsum velle, ut docet A postolus ad Philippenes. & Augustinus in Solil. cap. 24 dicens: Velle quod bonum est non possum, nisi tu vela, implicat quod in Deo sit decretum, aut volitio salvandi homines, dependens tanquam à conditione, a consensu &

B volitione hominum, illamque ab humana voluntate expectans. Unde Ecclesia Lugdunensis in libro de Defense veritatis sacra Scriptura: Certè illud in hac questione manifestum est, quod erat si gener aliter & indifferenter, omnes homines Deus vult salvos fieri, in aliorum tanquam cordibus, benignitate misericordie sua, ipse operatur eandem voluntatem suam, ut & ipsi salvati velint, & salvantur: qualibus & Apostolus dicit cum timore & tremore vestram salutem operamini, Deus est enim qui operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate. In aliorum autem cordibus, severitate iusti & occulti iudicis sui, non operatur hanc salutarem voluntatem, sed dimittit eos in suo arbitrio, ut quoniam lauerunt credere, iusta volitione dementur.

## §. II.

Precipuum Adversariorum fundamentum convallisur.

C Ontra istam conclusionem objicunt Adversarii: Deus non salvat homines nisi velint, & sua gratia & vocatio liberè consenserant; juxta Iud. Augustini: Qui creavit te sine te, non salvavit te sine te. Ergo voluntas salvandi omnes homines, dependet à voluntate liberi arbitrii, tanquam à conditione quam Deus à voluntate humana expectat. Quod potest confirmari ex verbis Ambrofii, qui expponens hunc locum Apostoli, Deus vult omnes homines salvos fieri, ait: Deus vult omnes homines salvos fieri, si accedant ad ipsum: non enim sic vult salvare, quod nolet salvantur, sed vult salvare si ipsi velint.

Respondeo concilio Antecedenti, negando. Consequenti. Licet enim Deus noui salvet homines, nisi volentes, & sua vocatione liberè consentientes, hanc tamen liberam voluntatem & consensum non expectat, nec emandat, ut ita loquar, ab humana voluntate, sed illum intus in corde hominis per suam gratiam in prædestinationis infallibiliter operatur, applicando voluntatem illorum ad liberè contentendum gratia vocanti & moraliter excitanti. Quare diligenter observandum est, quod quando dicimus, voluntatem quam Deus habet salvandi homines, non dependere tanquam à conditione, à consensu seu volitione hominis, per hoc non intendimus negare liberum hominis arbitrium Deo consentire, & liberè cooperari ad suam justificationem & salutem (hoc enim de fide certum est, & definitum in Tridentino contra impium Lutherum, dicentem in justificatione liberum arbitrium non cooperari Deo moventi & excitant, sed merè passivè se habere, recipiendo motum à solo Deo productum) sed solum:

Contendimus, Deum talem consensum ab humana voluntate non expectare, vel supponere, sed illum per suam gratiam praeparantem & applicantem, intus in corde hominis efficere, ut clara explicat & docet August Epistola 107, ubi scribat: *Qui propter ut in Deum credamus & perirenamus, non volentes, neque currentis, sed miserentis est Deus, non quia velle non debemus, & currere, sed quis ipse in nobis, & velle operatur & currere.* Et de domo perseverat, cap. 13. Nos ergo voluntus, sed Deus in misericordia operatur & velle: nos ergo operamur, sed Deus in nobis operatur & operari pro bona voluntate: hoc nobis expedit & credere, & dicere: hoc est pium & rectum, ut sit humili & submissa confessio, & detur nomen Deo. Idem eleganter docet Fulgentius de Incarnatione & gratia cap. 29, cuius verbare saltem Tractatu precedentibus cap. 6. art. 6. §. 6. dividuntur. Ex quibus patet responsio ad locum Ambrosii: ibi enim solum intendit explicare consensum & cooperationem liberi voluntatis, concurrentis ad iustificationem, & salutem hominum, & solum voluit declarare qualiter Deus salvet homines, non contradicendo ipsipsum, neque coadiu, ut constat ex illis verbis: *Nisi enim sic vult salvare, quod non volentes salvantur.* Unde quando addit, quod Deus vult salvare homines, si ipsi velint, non incidit quod Deus exceptet voluntates hominum, ut dicebat olim Semipelagianus, sed quod vult illos salvare si velint, non coadiu, sed liberè, & spontaneè: ut enim ait Augustinus libro 1. ad Bonifacium cap. 19. *Deus non intrat in ipsis hominum cordibus operari, non ut homines, quod fieri non potest, non volentes credant, sed ut volentes ex non volentibus fiant.*

## ARTICULUS V.

*An per voluntatem antecedentem preparatur homini, in statu naturae lapsæ, media, seu auxilia ad salutem sufficientia?*

## §. I.

Proponitur Status questionis, & pars affirmativa, diligetur.

**A** Gimis huc solum de Preparatione auxiliis, sicut sufficiunt, non autem de actuali collatione, & intrinseca receptione illorum (de hoc enim in Tractatu de Prædestinatione dicimus) & solum inquirimus, an sicut medicus qui aperit apothecam, omne remediiorum genus pro infermitatibus continentem, & omnibus patientem eam ponit, dicitur velle quantum est de se omnes sanare, licet talia remedia omnibus non applicet, immo forte aliqua ex illis, per accidentem vel aliquibus non sint applicabilia; ita etiam Deus ex voluntate illa generali & antecedente, quæ vult omnes homines salvos fieri, pro omnibus præparat aliqua media & remedia, seu auxilia ad salutem sufficientia, quamvis per talen voluntatem illa omnibus non conferat, nec applicet: immo interdum aliqua ex illis non sint proxime applicabilia: ut contingit in parvulis in utero materno decedentibus, quibus Baptismus, quamvis pro illis præparatus, & à Christo institutus, non est proxime applicabilis; quia in tali statu non possunt subiici operationi militorum Ecclesie, ut docent Theologi cum Magistro in 2. dist. 6. & cum D. Thoma 3. parte quatt. 6. art. 11. Pro resolutione.

Dico: per voluntatem antecedentem Deum præparare media, seu auxilia, quibus homines

sufficienter ordinantur, & promoveantur in vitam aeternam. Ita communiter docent Theologi contra Jansenium supra citatum, qui assertat voluntatem illam antecedentem salvandi omnes homines, in statu naturæ lapsæ, esse omnino sterilem & instructuotam, & per illam nullum præparari vel conferri hominibus auxilium sufficientis ad salutem, quamvis in statu innocentia, primis parentibus perutilem fuisse, ab eaque gratiam sufficientem, subditam illorum voluntati, quantum ad usum & efficaciam processisse facietur.

Probatur primò conclusio ex D. Thoma in 1. dist. 46. qu. 1. art. 1. ubi loquens de Voluntate antecedente, dicit: *Huius voluntatis effectus est ipse ordo in finem salutis, & promoventia in finem annulus communiter proposita, tam naturalia quam grauita.* Et cap. 12. in Epist. ad Hebreos lect. 3. Deus inquit, *vult omnes homines salvos fieri, & ideo gratia nulli deficit, sed omnibus, quantum in se est, se communitat.* Similiter lib. 3. cont. Gent. cap. 159. Deus quantum in se est præparatus est omnibus dare gratiam: *vult enim omnes homines salvos fieri.* At hac causalis non valeret, si Deus per voluntatem antecedentem, auxilia ad salutem sufficientia non præpararet: Ergo per talem voluntatem, hujusmodi auxilia præparat.

Confirmatur exemplo mercatoris quo utitur D. Thomas lypri relatus, ad explicandam voluntatem illam antecedentem, quæ Deus vult omnes homines salvos fieri. Quis enim dicat mercatorem velle salvare merces, nisi quantum est de se omnem diligentiam sufficientem adhibeat, per quam servari possint, quantumcumque cogatur proper alias causas consequentes, earum conervationem negligere, ne scilicet submergatur navis &c. Similiter etiam, quomodo stare potest, Deum habere veram & sinceram voluntatem salvandi omnes homines, si pertalem voluntatem, media & auxilia per quæ salvare possint, eis non præparet; quamvis propter manifestationem suæ justitiae, & propter alias causas, velit permittere peccata, & pluribus denegare auxilia efficacia, quibus de facto salvantur.

Secundò probatur ex D. Prospero cap. 25. de Vocat. Gentium, ubi ait: *Sive geritur novissima contemplatur secula, seu prima, seu media: rationabiliter & pie creditur, omnes homines salvos fieri Deum velle, semperque voluisse;* & hoc non aliunde monstratur, quam de his beneficiis atq. providentia Dei, quam universis generationibus communiter atq. indifferenter impeditur. Ergo sentit S. Prosper, Deum per voluntatem generalem & antecedentem, quæ desiderat hominum salutem, velle dare seu præparare omnibus auxilia ad salutem sufficientia.

Tertiò probatur conclusio ratione fundamentali, quam insinuat S. Thomas loco relato ex 1. dist. Deus per voluntatem antecedentem ordinat omnes homines in finem salutis: *bujus enim voluntatis effectus, est ipse ordo in finem salutis,* inquit S. Doctor ibidem: Ergo per illam præparat hominibus auxilia ad salutem sufficientia. Consequientia patet, cum enim finis non sit consequibilis nisi per media, implicat homines, per voluntatem antecedentem sufficienter ordinari in finem salutis, nisi per talen voluntatem, media & auxilia ad salutem sufficientia præparentur.

Confirmatur: *Velle finem sine medijs, est velle aliquid impossibile;* unde si Deus per voluntatem antecedentem vellet omnes homines salvos fieri,

105. fieri, & illos in finem salutis ordinare, & tamen de mediis, & auxiliis ad eam consequendam sufficientibus, illis non provideret, talis voluntas esset de re omnino impossibili: quod est absurdum, & divina sapientia injurium.

106. Confirmant amplius: Per voluntatem antecedentem salus hominum, etiam reproborum, sit non solum possibilis, sed etiam aliquo modo futura (inchoativae scilicet & incompletæ) ut artic. 3. declaravimus; quia divina voluntas non fertur, etiam per actum simplicis complacentiarum, adres ut sunt in statu mere possibilis, ut supra ostendit. At salus reproborum non potest esse incompletæ & inchoativae futura, seclusis auxiliis sufficientibus, ut constat ex dictis articulii præcedenti: Ergo per voluntatem antecedentem præparantur media & auxilia ad salutem sufficientia.

107. Ex his confutata manet responsio & doctrina Jansenii, assertoris Deum per voluntatem antecedentem, præparasse quidem hominibus auxilia ad salutem sufficientia, in statu innocentia; non tamen in statu naturæ lapsæ, in quo privantur hujusmodi auxiliis, in poenâ peccati originalis. Ut enim supra ostendimus, homines in statu naturæ lapsæ, non minus sunt elevati ad ordinem & finem supernaturalem, quam in statu innocentia: unde si talis elevatio & ordinatio, sine auxiliis sufficientibus stare non possit, manifestum est per voluntatem antecedentem præparari auxilia sufficientia, non solum pro statu innocentia, sed etiam pro statu naturæ lapsæ.

108. Præterea, Christus Dominus prædestinatus est universalis Redemptor, præviso peccato originali, ut supra ostendimus; Ergo post tale peccatum, fuit in Deo voluntas salvandi omnes homines, & illis præparandi media & auxilia ad salutem sufficientia.

109. Tertio, si quando D. Thomas dicit, quod Deus paratus est omnibus dare gratiam, vult enim omnes homines salvos fieri, non loqueretur de hominibus prout nunc sunt, sed tantum de voluntate illos salvandi in obedientia & in innocentia, non dixisset, Deus vult omnes homines salvos fieri. & paratus est omnibus dare gratiam, sed voluit omnes homines salvos fieri, & paratus fuit gratiam illis dare: quia, ut supra arguebamus contra Jansenium, in præterito & non in presenti debet exprimi Dei voluntas, cum præterit tempus impleonis illius.

110. Deinde, Deus in statu naturæ lapsæ obligat homines ad præcepta supernaturalia: At secluso auxilio sufficienti, talis obligatio nequit subsistere ut statim ostendimus: Ergo etiam in statu naturæ lapsæ, Deus per voluntatem antecedentem præparat hominibus auxilia sufficientia.

Probatur ergo ultimò conclusio alia ratione fundamentali. Eo ipso quod Deus per voluntatem antecedentem ordinat homines ad salutem, & finem supernaturalem, eos obligat ad obseruanda præcepta supernaturalia, quæ sunt media ad ejus consecutionem necessaria: juxta illud Christi si vñ ad vitam ingredi, serva mandata: Sed non potest homo, sine auxiliis sufficientibus obligari ad obseruantiam præceptorum supernaturialium: Ergo Deus per voluntatem antecedentem præparat hominibus auxilia sufficientia. Major patet, minor probatur. Homo non potest obligare ad impossibile: Sed obseruanta præceptorum supernaturialium, sine auxilio supernaturali, scilicet sufficienti, impossibilis est: Ergo secluso tali auxilio, ad illam obligari nequit.

A Major constat ex Tridentino sess. 6. cap. II. ubi dicitur, quod Deus impossibilia non juber, & ex Augustino de Natura & Gratiâ cap. 69. dicente, firmissime creditur, Deum justum & omnium impossibilita non potuisse præcipere. Et serm. 191. de Tempore: Execratur enim blasphemum qui dicunt impossibile aliquid à Deo esse præceptum. Et serm. 6. Na impossibile aliquid potest imperare qui justus est, nam dominus est bonus in pro eo quod non potuit vivere, quipius est. Idem docet D. Thom. in 2. dist. 28. q. 1. art. 3. his verbis: Deus non est magis crudel quam homo: sed bonus impunitur in crudelitatem, si obliget aliquem per præceptum ad id quod impiere non posset: ergo hoc de Deo nullo modo est effundandum.

B Minor etiam non est minus certa: Cum enim homo ex ipsis viribus liberi arbitrii, non posse elicere actus supernaturales, ut in pluribus Conciliis contra Pelagianos definitum est, obseruantia præceptorum supernaturalium, fine auxilio gratia, non minus est homini impossibilis, quam impossibile est aquila volare sine aliis, vel equo currere sine pedibus.

C Hoc argumentum maximè torquet Jansenium unde ut ab illo se expedit, in omne latu servit, & varias adhibet repositiones. In primis dicit, præcepta supernaturalia impleri posse sine auxilio sufficienti, à Scholasticis, inquit, ex principio Philosophia petito; à iusto quidem, per gratiam & charitatem; à fideli, per fidem; & ad infideli, per liberum arbitrium, ratione cuius est capax recipiendi à Deo gratiam, & dona supernaturalia.

Sed contra: Habitus gratia & charitatis, ut docet D. Thomas in 2. qu. 109. art. 9. non habent rationem auxili plenè sufficientis ad evitandam peccata, & obseruanda præcepta supernaturalia, quia cum illi habitus imperfectè participent ab homine viatore, neque sint hic in suo statu perfecti & connaturali; non possunt perfectè operari, nec reddere hominem completem potentem ad actus supernaturales eliciendos, nisi auxilio actuallij inventur. *sicut* (inquit Augustinus) *de oculis corporis, quanvis plenissime sanis, non possunt cernere nisi candore lucis adjuvetur.* Item fides, cum sit in intellectu, non potest elevate voluntatem, & illam reddere intrinsecè potentem ad eliciendos actus supernaturales charitatis & contritionis: Ergo illa in peccatore fidei non potest habere rationem auxili sufficiens ad obseruanda præcepta supernaturalia. Denique infideli, omni habitu supernaturali defititi, sola capacitas & potentia obedientialis, quam habet ut elevetur à Deo ad opera supernaturalia, non potest habere rationem auxili sufficiens ad obseruanda præcepta ordinis supernaturalis: alioquin etiam homo posset dici potens ad volandum, ad resuscitandum mortuos, & ad patrandam alia opera miraculosa, quia potest à Deo recipere alas, & facultatem patrativam miraculorum, atque ad illa capacitem, & potentiam obedientiale passim habet.

E Respondet secundum Jansenium, quod sic occidens hominem cum ignorantia concomitante, non excusatitur à peccato, qui ignorantia non est causa talis occisionis: ita etiam impotencia quae est in homine, defecit auxili sufficiens ad obseruanda præcepta, non excusat illum à peccato transgressionis, vel omissionis præcepti: quia talis impotencia non est antecedens, sed concomitans; non enim (inquit) ideo transgreditur pia;

præceptum, quia non potest illud observare, sed A quia non vult; quod ex eo patet, quod nescit se non posse implere præceptum, si non poterat le posse, & tamen non vult illud implere; & ita affectus est, ut etiam si posset, illud tamen observare e moler. Unde sicut si quis ignoraret Januam do minis clausam, ac proinde se non posse ire in Ecclesiā, veller tamen in eam non ire, cum igitur pax præceptum audiendi Missam peccaret, licet non posset; Ecclesiām ingredi, quia talis impotens se habet, meret concomitante & per accidens, & non influeret in talem voluntatem. Ita similiter, quamvis homo defectu auxiliū sufficiens, sit impotens ad observandum præceptum, peccat tamen illud non observando; quia impotens non est antecedens, nec influit in talem transgressionem, sed se habet meret concomitante & per accidens.

B. Vixit haec responsum est magis subtilis quam solidi: licet enim verum sit, impotentiam concomitare, quae se tenet ex parte potentie exenti, non excusat à peccato, ut patet in exemplo adducto tamen non potest dicere impotens, quae teret ex parte voluntatis, quae non quicquid est concomitans, quin etiam sit antecedens. Ratio est, quia impotens voluntatis, unde aquaque proveniat, impedit libertatem, ad gara requirit potestia proxima & completa adoptionem; deinde autem libertatis excusat à peccato. Unde patet dilucidum, quod inter illam, qui ignorans Januam esse clauam, non vult ire in Ecclesiā, & eum, qui defectu auxiliū sufficiens non observat præceptum, reperiatur: prius enim peccat, quamvis sit impotens ad audiendum Missam; quia licet non possit illam audire, adhuc tamen remanet liber, & potest habere voluntatem illam audiendi, si non adfert illud impedimentum quod ignorat. Secundus vero, defectu auxiliū sufficiens, non solum non potest observare præceptum, sed nec etiam velle illud observare, cùm non solum non requiratur auxiliū supernaturale, ut homo de facto observet præcepta supernaturalia, sed etiam ut ea observare velit: eo quod talis voluntas, ut potest habens objectum supernaturale, non minus sit supernaturalis, quam ipsa præcepti observantia.

C. Respondet tertius Jansenius, quod licet homo in statu naturæ lapsæ, defectu auxiliū sufficiens, sit impotens ad observanda præcepta supernaturalia, non excusatetur à peccato transgressionis, vel omissionis præcepti; quia talis impotens, & carens auxiliū sufficiens, originale cuius iniurii Deus denegat hominibus in statu naturæ lapsæ auxiliū illud sufficiens, quod Adamo contulerat in statu innocentia. Quare sicut ille Sacerdos, qui proiecendo birevialem in mare, & redrederat impotentem ad rectitudinem officium, non excusatetur à culpa, ita nec homines in statu naturæ lapsæ à peccato exculcantur, quamvis sint impotentes ad observandum præcepta, quia talem impotentem contraxerunt peccando in Adamo, in quo tanquam in capitellis voluntates omnium hominū continebantur.

D. Sed contra primò: Homines non semper peccant in eo, quod vitare non possunt, etiam si talis impotens ex peccato præcedenti proveniat, ut docet S. Thomas, contra Gentes cap. 159. & patet in eo, quib[us] suam culpam incidit in mortuum, ex quos impotens ad jejunandum, vel

audiendam Missam: talis enim, ut communiter docent Theologi, non peccat non jejunando, vel non audiendo Missam; eti[us] factus sit impotens ex peccato præcedenti: Ergo similiter, si homines essent impotentes ad implenda præcepta supernaturalia, & carerent auxiliis insufficientibus ad illa observanda, non peccarent ea transgrediendo, vel omitendo, quamvis talis impotens, & carens auxiliiorum proveniret ex peccato Adami, & ellet voluntaria in capite. Sicut nec peccari in motibus primò primis, provenientibus ex rebellione appetitus, & morbo concupiscentia, vel ex peccato originali, & culpa primi parentis, quia tales motus inordinatos impedit non posse.

E. Secundò, quamvis daretur ex hac responsione, aliquo modo salvati inexcusabilitatem peccatorum, non salvatur tamen possibilis præceptorum supernaturalem in statu naturæ lapsæ: haec enim, ut supra ostendimus, secluso auxilio sufficienti, non potest subsistere. Atqui in statu naturæ lapsæ salvari debet non solum inexcusabilitas peccatorum, sed etiam possibilis præceptorum supernaturalem, ut constat ex definitione Tridentini supra relata, & ex nova Constitutione Innocentii X. Ergo non valet talis responsum.

F. Tertiò, Deus in nova lege quædam imposuit præcepta de novo omnibus hominibus, et autem valde durum, quod ad nova obligaret, & vires ad ea adimplenda sufficientes non tribueret: hoc enim est injicere de novo laqueos animalibus, novas & inevitabiles occasiones peccandi præbendo; cùm lex, sine spiritu gratia vivificante, si littera occidens, ut fuisse profequitur Augustinus in libro de spiritu & littera.

G. Respondeat utim Jansenius, duplum posse dici in homine impotentiam ut inam qua proveni: ex defectu aliquius quod non potest, quamlibet libet: magnâ voluntate, hoc est quantumlibet fortiter volendo, suppletur. In his angustiis ille est, qui v. g. amisi breviarium: non potest enim defectu illius, licet ardenter velit, horas canonicas recitare; & talis impotens, inquit, non adimpleri præcepta excusat, quia ob eam vel extingui vel præcepit, vel ejus omissione non impunita a ur. Al. era impotens est, que ex defectu ipsius voluntatis, seu voluntatis oriur, quia si adesse, quan a esse debet, facilissime præcepit, ut impleatur, & hæc impotens faciendi nullo modo excusat eum, qui non implet quod præcipitur quia posset implet si vellet. Cum ergo homines in statu naturæ lapsæ hoc secundo modo sint impotentes ad observanda præcepta supernaturalia, & possente ea implet si vellet, eorum transgressio, vel omissione illis imputatur in culpam.

H. Sed contra: quando dicitur, quod homo in statu naturæ lapsæ posset implet præcepta, si vellet, vel hoc intelligitur de voluntate inefficaci & conditionata, quæ velleitas appellatur, id est voluntas voluntatis absoluta & efficaci, qui est voluntas simpliciter & propriè dicta: Primum non potest dici, quia voluntas inefficax & conditionata fertur etiam ad impossibilia. Si vero secundum affirmatur, recurrit difficultas principaliis argumenti, quia homo in statu naturæ lapsæ, sine auxilio gratia, id est impotens ad habendam voluntatem absolutam & efficacem diligēti Deū super omnia, quam ad ipsum actum dilectionis supernaturalis elicendum, unde sicut ridiculum est dicere quod homo volaret, aut mortuos suscitaret, si

## DISPUTATIO QUARTA

430

vellerita non minùs videtur absurdum assertere, quòd homo destitutus omni auxilio supernaturali, si vellat, diligenter Deum super omnia: ille enim sine auxilio gratia, non minùs impotens est ad diligendum Deum dilectione supernaturali, quām columba sine aliis est impotens ad volandum. Quare Propheta, pennas illas spirituales ad volandum, id est auxilia supernaturalia ad diligendum Deum, ab ipso postulabat, quando dicebat: *Quis dabit mihi pennas facit columba, & volabo.* *O requiescam? Addo quoddam in ordine rerum bene composito, potentia ad voluntatem præsupponi debet, non verò voluntate ad potentiam: prius enim est quod possimus aliquid præstare, quām quod velimus illud efficere, alioquin vellemus impossibilia.*

**¶ 221.** Non est etiam omittendum, quod D. Aug. hanc responsonem in Pelagianis sive impugnare videtur, præsentim lib. 2. de peccatorum Meritis cap. 3. ubi loquens de Pelagianis sic ait: *Acutè si videntur dicere (quasi nostrum hoc illius ignorat) quod si nolumus non peccamus, nec preciperet Deus homini, quod esset humana impossibile voluntati. Et libro de Gestis Pelagi cap. 6. art. 2: Posse hominem si velis esse sine peccato &c. & Dei mandata custodire: hanc enim possibiliterem Deus dedit illi, cum adiutorio Dei, & gratia. Ex quo intelliges, quod quando idem Augustinus alius in locis dicit, quod homo faceret Dei mandata, si vellat: per ly si vellat, non excludit, sed potius includit ipsum auxilium gratia, tam sufficientem quod dat possibiliterem volendi & operandi, quām efficacis, quod ipsam determinationem voluntatis ad volendum & operandum inspirat & operatur in nobis.*

§. II.

*Solvuntur Argumenta cujusdam Doctoris Sorbonici.*

**C**ontra nostram conclusionem plura objicit Antonius Arnaldus, Doctor Sorbonicus, seu Author opusculi cui titulus est, *Vindicia S. Thomas* lect. 3. art. 3. quæ breviter huc referamus, ac refellemus.

**¶ 222.** Arguit primò in hunc modum. Voluntas Dei antecedens de salute omnium hominum, secundum D. Thomam, nihil est aliud quām velleas quādam, quā solū naturam humanam secundum generalem rationem naturæ, & ut à Deo ad salutem condita est, respicit: At qui voluntas per quam Deus hominibus in statu naturæ corruptæ media necessaria ad salutem præparat & conferit, & gratas aliquas dare decernit, non est illa voluntas, per quam Deus naturam humanam generaliter in se, & ut est à Deo condita, respicit; sed est voluntas per quam Deus respicit homines in particulari ut sunt in leipsis, secundum conditiones quæ illos circumstant. Ergo Deus per voluntatem antecedentem, nella hominibus in hoc statu ad salutem media præparat, & nullas eis gratias dare decernit, nihilque penitus circa eorum salutem operatur.

**¶ 223.** Secundò, per eam solū voluntatem Deus operatur in hominibus quæ ad eorum salutem conducent, per quā illa simpliciter vult: Atqui Deus per voluntatem antecedentem nihil vult simpliciter eorum quæ ad hominum salutem conducent; quia Deus ea quæ vult per voluntatem antecedentem, non vult simpliciter, sed solū secundum quid, & circa illa habet solam velleiam, non verò absolutam voluntatem, ut ait S. Thomas: Ergo Deus per voluntatem antecedentem

A tem nihil ope ratur eorum quæ ad hominum salutem conductant, ac proinde per illam nullam gratiam consert vel præparat.

Confirmatur ex D. Thoma in i. dist. 47. qna. art. 2. ubi docet quod operario non responder voluntati antecedenti, sed consequenti: Ergo ex D. Thoma, Deus nihil operatur, nisi ex voluntate consequenti, ac proinde per illam tantum, non verò per voluntatem antecedentem, confort auxilia gratia.

Tertio, idem S. Doctor comparat voluntatem Dei antecedentem circa hominum salutem, voluntati judicis, qui simpliciter vult homicidam suspendi, sed secundum quid veleret cum vivere, scilicet in quantum homo est. Sicut ergo iudex ex hac voluntate quid veleret homicidam vivere, nulla ei media præparat, quibus capitis penam evadere possit; ita Deus ex voluntate quia vult omnes homines salvare, in quantum ex parte sua dedit eis naturam ad beatitudinem ordinatam, nulla eis media præparat; nullaque gratias dñe, quibus salutem consequi possint.

Denique, illa voluntas antecedens complebitur non solùm aduleros, sed etiam parvulos in utero materno sine baptismo decedentes. Sed pro illis nulla dantur media vel remedia ad salutem sufficientia, cum baptismus qui in nova lege est unicum medium institutum à Christo pro salute parvolorum, non possit illis applicari; quia in tali statu non possunt subiici operationi Ministeriorum Ecclesie, ut supra cum S. Thoma annotavimus: Ergo per voluntatem antecedentem non dantur omnibus media, seu auxilia, ad salutem sufficientia.

Ad primum respondeo negando Majorem: quando enim D. Thomas docet quod voluntas antecedens est illa quæ respicit naturam humanam, secundum rationem generalem naturæ, non intendit quod respicit illa ut sic, & ut praecipit ab omnibus singularibus, ut olim conceperatur à Platone; quia natura humana, sub tali statu & præcisione, nullum actum divina voluntatis terminare potest; ut sic enim præcisa, est in statu mere possibilis; Deus autem merè possibilia non vult, nec amat, etiam per amorem simpliciter complacentem, ut supra ostendimus. Voluntas ergo antecedens dicitur respicere naturam humanam secundum se, & secundum rationem generalem naturæ, quatenus respicit omnes homines in individuo, & in particulari, ut convenient & communicant in eadem natura ad salutem condita, & ad finem supernaturalem elevata unde cum talis elevatio sine auxiliis sufficiens subsistere nequeat (ut supra ostendimus) per voluntatem antecedentem Deus præparat omnibus hominibus auxilia ad salutem sufficientia.

Ad secundum, concessa Majori, distinguo Minorem: Per voluntatem antecedentem, Deus nihil vult simpliciter eorum quæ ad hominum salutem conductant, efficaciter, concedo: inefficaciter, nego. Similiter distinguo Consequens: Ergo per voluntatem antecedentem nihil operatur eorum quæ ad hominum salutem conductant efficaciter, concedo: inefficaciter, nego? Itaque licet media ad salutem efficaciter conducentia, Deus vult & præparet per voluntatem consequentem, & per prædestinationem, quæ est speciali providentia ordinis supernaturalis, & definitur ab Augustino, præparatio beneficiorum quibus certissime liberantur quicunque, liberantur: media tamen & auxilia, quibus homo sufficienter ad vitam aeternam pro-

movere & ordinatur, ad voluntatem Dei antecedentem referuntur, & ad genitalem provisorię ordinis supernaturalem, per quam natura humana ad finem supernaturalem est ordinata & elevata; enim inquit S. Doctor supra relevantiam voluntatis effectus est ipse ordo in finem salutis, & prouenientia in fidem, omnibus communiter populi, sam natura, quā gratia.

Ad id quod additur, nempe quod Deus ea, quae vult per voluntatem antecedentem, non solum simpliciter, sed secundum quid, &c. Respondeatur hoc non esse verum universaliter de omnino volito per voluntatem antecedentem, sed talium principali volito; id est de eterna salute, & mediis ad illam efficaciter conducebantibus, haec cum per voluntatem antecedentem, Deus non solum simpliciter, sed tantum secundum quid: non tam sufficientia, quæ sunt volitum a principio, & quæ ad salutem efficaciter non conduceant, Deus vult simpliciter & absoluere per voluntatem antecedentem? Unde patet responsum ad confirmationem: Respondeatur quod quando D. Thomas docet quodd operatio non correspontet voluntati antecedenti, sed consequenti, loquitor de operatione a deo principali, non auctore de operatione a deo minore principali, qualis est præparatio auctiorum sufficientium. Quia voluntas humanæ edens, in statu naturæ lapsa non est omnino otiosa & sterilis; nec simplex complacencia de salute hominum (qualem Scotus, & alii fingunt deo circa me possibilia) per illum unum Deus omnibus propositum salutis præcepit, consilia, & remedia, & omnes homines in finem supernaturalem ordinavit, ut docet S. Doctor supra relatus. Et per illam salutem omnium hominum, etiam reproborum, sit taliter incompleta, & huiusmodi fuit uita, ut supra declaravimus. Udalbertus eti, & à principiis D. Thomæ penitus alienum, quod dicit ille Doctor, venire per voluntatem antecedentem, Deum nullum penitus circa hominum salutem operari.

Ad tertium in primis dico, illud argumentum postea illam Authorum retorqueri. Nam D. Thomas etiam comparat voluntatem illam antecedentem voluntati mercatoris, qui immenso tempore iuvat salvare merces &c. Sed mercator non potest dici habere voluntatem etiam & sinceram salvandi merces, nisi, quantum est de se, omnem diligenter sufficientem adhibeat ad illas conservandas, ut supradicatur. Ergo nec Deus potest dici habere voluntatem & sinceram voluntatem salvandi omnes homines, si illis de mediis & auxiliis salvare sufficientibus non provideat, & si per talium voluntatem ei non præpareat.

Secundum respondere exemplum de iudice, quod adducit S. Doctor, non tenere quantum ad omnia, sed solum quantum ad aliquid. Partus stat in hoc, quod fieri iudex vult homicidam vivere, in quantum homo est, ita etiam Deus vult omnes homines salvare, quatenus convenienter, & communicante in eadem natura in finem supernaturalem ordinata. Disparitas vero constat in eo, quod iudex non est provisor generalis, sicut Deus, ac proinde licet iudex ex voluntate quā vult homicidam vivere, in quantum homo est, nulla ei media præparer, quibus capitum penam evadere possit; Deus tamen, ut generalis provvisor, per voluntatem antecedentem quā vult omnes homines salvos fieri, debet

**A** eis aliqua media ad salutem sufficientia præparare Ad ultimum, concella Majori, distinguo Minorem. Illis nulla dantur media ad salutem sufficientia si ly dare accipiat ut est correlativum ad recipere, concedo Minorem. Si ly dare idem significet ac offerre, vel præparare, nego Minorem, & Consequentiam. Itaque licet parvulus in utero materno decentibus, per voluntatem antecedentem non provideatur baptismus ut eis applicatus, vel ut aliquā diligentia humanā applicabilis, eis tamen providetur, ut pro illis, quantum est ex parte Dei, institutus, eisque oblatus, vel præparatus, & per merita Christi quod ad sufficientiam obtentus. Unde quamvis detur quod ex vi voluntatis antecedentis, omnibus non conferantur, nec applicentur auxilia ad iactutem sufficientia, semper tamen stat, omnibus absque ullius exceptione, illa pertalem voluntatem offerri, vel præparari. An vero intrinsecè in omnibus recipiantur, in Tractatu de Prædestinatione discutiemus & resolvemus.

### §. III.

*Alta ejusdem Doctoris argumenta proponuntur & solvantur.*

**C**ontra auxilium sufficientis, ab efficaci distinctum, & ab eo separabile (quale admittit Schola Thomistica) plura alia proponit idem Doctor Sorbonicus argumenta in alio libro Gallico idiomate conscripto, quem *Constitutionis innocentii X. defensionem* appellat; quamvis in aliis opusculis postea ab ipso editis, auxilium sufficientis, quale à nostris docetur, admittere non recusat: ut videri potest in libro cui titulus est, *Vindicia S. Thome*, paginâ 88. Et in alio opusculo de vera S. Thome de Gratia sufficiente & efficaci Doctrina art. 17.

Objicit ergo primum: S. Thomas nusquam agnovit nisi duplex auxilium gratia, unum quod vocat, *auxilium donum*. & aliud quod *auxilium Dei moventis* appellat, ut constat ex prima secunda qu. 109. art. 2. 3. 4. 6. 9. & 10. Sed gratia sufficientis non comprehenditur sub habituali dono, cum illa sit aliquod auxilium actualis & transientis; nec etiam sub auxilio Dei moventis, cum tale auxilium sit ipsa gratia efficax, & physice prædeterminans quam admittunt Thomistæ: Ergo D. Thomas in statu naturæ lapsa, nullum agnoscit auxilium sufficientis ab efficaci distinctum, & ab eo separabile.

Secundum contendit idem Author, tale auxilium sufficientis antiquioribus Thomistis fuisse profusus incognitus, & ab Alvare, alisque recentioribus Thomistis excogitatum, ad salvandam possibiliter ad præceptorum supernarium, & inexcusabilitatem Peccatorum.

Tertio dicit auxilium illud quod à Thomistis recentioribus admittitur, non esse, nec deberi appellari sufficientis. Nominis enim mediū seu auxilii sufficientis, apud omnes communiter intelligitur illud quod se solo sufficit, & præter quod nihil ultra requiritur ad agendum: Sed in sententia Thomistarum, præter auxilium illud quod vocant sufficientis, aliud requiritur, per quod potentia applicetur ad agendum, & reducatur de acto primo ad secundum: Ergo illud non debet censi, nec appellari sufficientis.

Quartò probat variis Scripturaz, Conciliorum, & SS. Patrum testimoniz, potentiam proximam ad agendum, & ad eliciendos actus supernaturales, esse à gratia efficaci; ac proinde ad hanc non requiri auxilium sufficientis. Præcipua testi-

tekmonia quæ adducuntur hæc: Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me traxerit eum; Joann. 22. Nemo potest venire ad me, nisi datum ei fuerit à Patre. Joann. 6. quibus in locis verbum illud traxerit, & datum fuerit, denotat gratiam efficacem, sine qua nemo potest venire ad Patrem, nec consequenter elicere actus Fidei, Spei, & Charitatis, per quos ad Deum accedimus. Idem probat ex definitionibus Conciliorum: dicitur enim in Concilio generali Africano sub Zozimo Papa, cui 216. Episcopi interfuerunt: Gratia Dei per Iesum Christum nos per singulos actus adjuvare: ita ut sine illa, nihil vera sancta que pietatis habere, cogitare, agere, dicere valeamus. Et in Concilio Aſauciano 2. dicitur, Dei adjutorium, etiam renatus & Sancti, semper esse implorandum, ut ad bonum finem pervenire, & in bono possum opere perseverare. Item Augustinus libro de Gensis Pelagiī ait: Sine gratia Dei nemo recte vivit, sine gratia Dei id ad quod adjuvar fieri non potest. Et de peccatorum Meritis lib. 2. cap. 4. Deprecamur adjutorium dicentes, ne nos inferas in tentationem, ut in eo possumus vincere, ne abstrahamur illecli: oramus ut peccatorum tentationem vincere possumus. Et in libro de Perfectione justitiae cap. 1. Oret genitu voluntatis, ut impetraret donum facultatis. Denique S. Thomas 1. 2. qu. 109. frequenter repetit, quod bonum est potest agere, nisi à Deo moveatur. Quod ad Deum conversione non potest, nisi Deo ad ipsum convertente, quod cum nulla creatura, quantumcumque posset, potest in quemunque actum prodire, nisi virtute motionis divine. Quibus testimonio ille Doctor evidenter ostendere putat, potentiam ad agendum esse à gratia efficaci.

137. Quinto arguit ex definitione necessarii, quam profert idem S. Doctor variis in locis, in quibus docet necessarium dici illud sine quo finis haberi non potest: unde cum gratia efficax, secundum Thomistam, sit necessaria ad hoc ut homo observeret præcepta supernaturalia, & convertatur; ex hoc concludit, sine illa hominem non posse converti, nec obserbare præcepta. Sicut (inquit) quia navis est necessaria ad navigandum, alimentata conservandam vitam, colores & penicillus ad pingendum: nemo diceret hominem posse navigare sine nave, posse conservare vitam sine alimentis, & posse pingere sine coloribus & penicillo.

138. Sexto idem probat argumento ad hominem, contra recentiores Thomistas, qui docent idem auxilium quod est purè sufficiens comparatione unius effectus, simul esse efficax respectu alterius minus perfecti. Et quod auxilium sufficiens, simul complet & elevar potientiam in actu primo in ordine ad actus perfectos, & eam applicat ad actus imperfectos, qui voluntatem disponunt & preparant ad perfectiores. Si enim (inquit) gratia sufficiens possit hæc duo praestare, complete scilicet potentiam in actu primo, in ordine ad actu perfectum, & eam applicare ad imperfectum: cur etiam hæc duo munia non poterit obire gratia efficax, quæ est multè perfectior ac præstantior sufficiens; & completere levare potencias animæ, easque simul applicare ad actus perfectos?

139. Denique S. Dem. Doctor in eodem libro, contra recentiores Thomistas sic discutit. Idcirco illi admittunt auxilium sufficiens ab efficaci distinctum, ut potencies animæ eleventur & complebantur in actu primo, ad actus supernaturales elicendos quia (inquit) omnis actus secundus

A debet supponere primum completem: Sed hæc ratio quæ est præcipuum Thomistarum fundamentum, cum illorum principiis coizere non potest: Ergo præcipuum illorum fundamentum corruit. Minorem probat, quia iuxta principia Thomistarum, auxilium sufficiens est aliqua motio, prædicta terminatio, & applicatio ad actus imperfectos; & tamen illud non supponit potentiam completem, & elevatam ad ordinem supernaturalem, per aliud auxilium, sed illam primò elevat & complete; alioquin daretur processus in infinitum, ut consideranti patet: Ergo non semper requiritur, quod actus secundus uponat actu primum completem, & sic corruiat præcipuum nostræ sententie fundamentum.

B Hæc sunt præcipua hujus Doctoris argumenta, quibus evidenter se demonstrare putat, nullum in statu naturæ lapsæ dari auxilium sufficiens ab efficaci distinctum, per voluntatem Dei antecedentem præparatum. Hæc tamen ex principiis doctrinæ Thomisticae bene intellectis, facile cœlum possunt. Unde

C Ad primum respondeo primò, D. Thomam clarè admisisse & agnoscere gratiam illam quam Thomista sufficiensem vocant, licet eo nomine eam non appellaverit. Nam 1. 2. qu. 112. art. 2. ad 1. sic ait: Contingit autem quod si Deus moveret hominem ad aliquod bonum, non item perfectum, & talu preparatio præcederet gratiam. Sed quandoque statim perfecte moveret ipsa ad bonum, & subiicit gratiam homo accipit; secundum illud Joann. 6. Omnis qui auditur à Patre & didicit, venit ad me. Quibus verbis manifeste agnoscit S. Doctor, in statu naturæ lapsæ gratiam quandam moventem, & applicantem ad actus imperfectos, & præparantem ad perfectiores, hanc autem gratiam, Thomista sufficiensem appellant, ut constabat ex infra dicendi: Ergo quidquid sicut nomine, & de modo loquendi (de quo patrum curandum est, quia ut inquit Augustinus contra Cresonium lib. 1. cap. 13. Cùm res ipsa intelligitur, minus laborandum est, quid eam homines videantur plauerit) dubitari non potest, S. Thomam admisisse in statu naturæ lapsæ, eandem gratiam quam ejus discipuli docent, & sufficiensem appellant.

E Respondeo secundò, quod licet daretur, S. Thomam non facile expreflam mentionem auxiliis sufficiens; illud tamen ex principiis doctrinæ sua, satis evidenter colligi. Primo quia S. Doctor, locis supra relatis, agnoscit in Deo voluntatem antecedentem salvandi omnes homines, quam dicit esse voluntatem beneplaciti, & non tantum signi, & docet quod eius effectus est in finem salutis, & promovet in illum, tam naturalia quam gratia: Ordo autem in finem salutis, cùm supernaturalis, stare non potest fine mediis & auxiliis supernaturalibus, ut supra ostendimus: Ergo &c.

Secundò, D. Thomas in 1. ad Thessalon. cap. 5. lext. 2. ait: Quod aliquis dicitur extingere spiritum sanctum in se, vel in alio, cùm alius aliquid bonum ex fervore Spiritus sancti, vult facere, vel etiam cum aliquis bonus motus in ipso surgit, & ipse impletit: Actorum 7. vos semper spiritum sancto refutatis. Quibus verbis aperte agnoscit S. Doctor, in statu naturæ lapsæ, gratiam aliquam interiorum moventem, cui aliquando resistit: Sed hæc non potest esse alia, quam gratia sufficiens, quia auxilio efficaci, secundum principia

D. Tho.

D. Thomas, in qua defacto refutatur, ut con-  
statet ex dictis disp. sequenti: Ergo S. Thom-  
as auxilium aliquod sufficiens ab efficaci di-  
videtur in statu naturae lapsa agnoscit.

Tenio: Idem S. Doctor, præcipuum funda-  
mentum, quo Janstenius & alii Recentiores du-

cunt ad negandum in statu naturae lapsa tale

auxilium, manifeste convellit: Ergo illi longissi-  
mè Thomas dicitur. Consequentia patet, An-

necdus probat. Præcipuum fundamentum

Iusti, & aliorum Recentiorum, petitur ex di-  
stinctione duplicitatis statu naturae integræ & na-  
tura lapsed: in quorum primo docet Adamo

filiis collatum auxilium tantum sufficiens, (ub-  
dito ex voluntati, quantum ad efficaciam &

ut secundo vero faciem hominem la-  
plaudire gratia efficaci, quæ voluntari ple-

de dominatur, ipsa non moveat & applicet ad

agendum. Sed D. Thomas hoc fundamentum

apertissime destruit, & necessitatem auxilii effi-  
cacia utroque statu agnoscit: Ergo præcipuum

adversarium fundamentum evertit. Major

opus, Minot probat. Nam D. Tho. m. 1. 2.

quad. 109. art. 2. in Corp. & in resp. ad 1. docet

necessitatem auxilii Dei moventis (quod, ut fa-

tem Janstenius, efficax est) peti ex tripli capite,

scilicet ex infirmitate & corruptione naturæ, ex

elevatione objecti & actus supernaturæ supra

potentias animæ, & ex generali subordinatione

ad proximum motorem. Homo (inquit) auxilio Dei

moventis indiget in statu naturæ integræ, quantum ad

unum: scilicet ad operandum, & volendum bonum su-

pernaturale; sed in statu naturæ corruptæ, quantum

ad duo: scilicet ut sanetur, & ulterius ad bonum su-

pernaturæ virtutis operetur, quod est meritorium.

Viterius autem in utroque statu indiget homo auxilio

divino, ut ab ipso moveatur ad bene agendum. Et in

resp. ad. dicit quod mens hominis, etiam sani,

non ut ad dominum suum actus, quoniam indiget mo-

teria Deo. Etiam præcedenti in Corp. Quan-

tum (inquit) natura aliqua corporalis vel spiritua-

lis poterat perfecta, non potest in suum actum prodire,

moveatur a Deo. Quibus locis aperiuntur do-

cet S. Doctor, homo in utroque statu inte-

gritatem & innocentiam, indigere auxilio Dei mo-

vens ad operandum & volendum bonum su-

pernaturale: Sed tale auxilium, ut sanetur Ad-

versarius, efficax est, & prædeterminans volunta-

tem: Ergo juxta principia S. Thomas, homo in

utroque statu indiget auxilio efficaci & præde-

terminante, & ita præcipuum illorum funda-

mentum corruit.

Confirmatur prædictum: D. Thomas ibidem do-

cet necessitatem gratiae moventis, in utroque

statu naturæ, integræ & corruptæ, peti ex gene-

rali subordinatione ad primum moventem, ait ei-

nim: Viterius autem in utroque statu indiget homo

auxilio divino, ut ab ipso moveatur ad bene agendum.

Erat. 9. sequenti: Homo (inquit) indiget auxilio

gratiae ut a Deo moveatur ad recte agendum, & hoc

proper duo. Primo quidem ratione generali, proper

hunc quod, scilicet supra dictum est, nulla res creata posset

in quocunque actum prodire, nisi virtute motionis

divina. Secundo ratione speciali, propter conditionem

statu humanae naturæ, quæ quidem livet per gratiam

sanctorum quantum ad mentem, remanet tamen in ea

corruptionem & infirmam quantum ad carnem &c. Sed

hoc fundamentum expelit negat Janstenius

Tomo 3. lib. 8. cap. 2. ubi sic Thomistis lo-

quitur: Ab illis physica prædeterminatio statuitur o-

mnius agentibus, ex vi causa secunda, quæ effinali-

tem. 1.

ter, tam in operari, quam in esse suo, subordinatur

prime, à qua ad agendum prænoveri debet. Christi ad-

juviorum nequaquam, sed laesa voluntati propter so-

lum vulnus quod ei inflixit peccantis voluntatis auda-

cia, necessarium est. Ergo doctrina Jansenii dire-

ctè pugnat cum doctrina D. Thomæ.

Confirmatur secundum argumentum ad homi-

nem, detulpro ex principiis à Doctore illo Sor-

bonico, in opusculo quod inscribit: Vera sancti

Thome de gratia sufficienti & efficaci doctrina statutis.

Nam ibidem docet & multipliciter probat,

D. Thomas quæst. illa 109. supradicitatæ, cujus

omnes ferè articulos percurret, nullam aliam gra-

tiæ agnoscit, præter sanctificantem, quam vo-

cat habituale donum, & efficacem, seu prædeterminan-

tem, quam auxilium Dei moventis appellat:

Ergo quando idem S. Doctor ibid. art. 2. in re-

sponsa dicit afferit quod mens hominis etiam si in

indiget moveri i Deo: intendit docere hominem san-

num, seu in statu innocentia & integratatis con-

stitutum, indigere auxilium efficaci, & physicæ

prædeterminante: & sic corruit præcipuum hu-

ius Doctoris fundamentum, quo movetur cum

Jansenio, ad negandum, dari in statu naturæ la-

pse auxilium sufficiens ab efficaci distinctum.

Confirmatur & urgetur amplius. Quando D.

Thomas dicit, quod in utroque statu imager homo

auxilio divino, ut ab ipso moveatur vel per auxiliu-

m illud movens, intelligit auxilium efficaciens,

vel auxilium efficax, vel utrumque sub no-

mine auxilii moventis comprehendit? Quid-

quid respondeatur, habeo intentum. Si enim

primum dicatur, habetur D. Thomas non so-

lum in statu innocentia, sed etiam in statu natu-

ræ lapsæ, agnoscere auxilium sufficiens ab effi-

caci distinctum. Si secundum: Ergo D. Thomas

in utroque statu admittit necessitatem auxilii

efficacis ad operandum, & ita corruit præcipu-

um Adversarium fundamentum. Si tertium: Ergo

non restat nisi Doctor ille Sorbonicus, in

toto illo opusculo, quod inscripsit, Vera D. Thoma

de Gratia sufficienti & efficaci Doctrina. D. Tho-

mas nullum in statu naturæ lapsæ admisit auxi-

lium sufficiens, ex eo quod non nisi duplex

auxilium gratiae agnoscit: unum quod vocat

habituale donum, & aliud quod auxilium Dei mo-

ventis appellat: siquidem, juxta hanc respon-

sionem, sub nomine auxilii moventis, utrumq;

auxilium, tam sufficiens, quam efficax, S. Do-

ctor comprehendit. Unde

Ad primum argumentum respondeo, concessâ

Majori, negando Minorem: nam sub nomine

auxilii Dei moventis utrumque auxilium, tam suf-

ficiens, quam efficax continetur; quia utrumq;

constituit in quadam motione supernaturali, ap-

plicante potentias animæ ad actus supernatura-

les; cum hoc tamen discernim, quod auxilium

sufficiens movet tantum, & applicat ad actus

imperfectos, qui animam disponunt & præpar-

ant ad perfectiores: auxilium verò efficax mo-

vet & applicat ad actus perfectos contritionis

& charitatis, qui animam ultimè præparant &

disponunt ad gloriam sanctificantem, quam effi-

lita & perfectissima forma ordinis supernatu-

ralis. Unde communiter docent Thomistæ cum

Alvare lib. 3. de Auxiliis disp. 8o. auxilium omne

quod respectu unius actus est sufficiens, esse si-

mul etiam efficax in ordine ad alium, ad quem

efficiendum, per absolutum divinæ providentie

decretum ordinatur; ita ut simpliciter sit suffici-

ens, efficax autem secundum quid.

## DISPUTATIO QUARTA

434

148.

Ad secundum respondeo, non solum recentiores Thomistas, sed etiam antiquiores, agnoscunt in statu naturae lapsa auxilium sufficiens ab efficaci distinctum, & ab eo separabile. Cajetanus enim super Epistolas Pauli, exponens hæc verba Apostoli i, ad Corint, 10, Fidelis est Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione preventum, ut possitis sustinere, subiungit: Dixit Apostolus, ut possitis sufferre, & non dixit, ut sufferatis: sicut enim est fidelitatem divinæ, ut tribuat possit sufferre. Velle autem sufferre, & ipsum sufferre, alterius gratia est, que elephas confortatur, & non est omnibus communis. Quibus verbis utrumque auxilium sufficiens & efficax ita clare expressit doctrinus ille Cardinalis, ut à solis cæcis videri non possit. Ibi enim distinguunt duplex gratiam; unam specialem, aliam communem; unam quæ datur omnibus, aliam quæ datur præcipue electis; unam quæ dat posse sufferre tentationes, alteram quæ dat ut a illas sustineamus.

149.

Idem auxilium sufficiens ab efficaci distinctum docet Ferrarensis Cajetano contemporaneus 3, contra Gentes cap. 15, ubi hæc scribit: Cum duplex sit auxilium Dei quo ad beatitudinis consecutio nem indigemus, scilicet habitualis gratia, & divina motio, tam intrinsecus quam extrinsecus facta, quæ ad bonum dirigimur. Ad gratia preparacionem excitamus. Primum auxilium Deus non omnibus dat abso lute loquendo postquam peccaverunt, sed bene omnibus se ad ipsum preparantibus ex divina motione concedit. Secundum autem auxilium omnibus impedit, & nulli quantum ad hoc est absens Deus, cum nullus sit qui ab eo non moveatur ad bonum, & ad gratia preparacionem, juxta illud Apocalyp. 3. Ego sto ad ostium, & pulsio.

150.

Item Dominicus Soto, qui Concilio Tridentino interfuit, & multis annis ante Alvarem script, in 4. dilt. 4, q. 1. art. 10. dicit, Nunquam per Deum fiat, quo minus quicumque peccator reconciliacione ipso valeat: nemini enim auxilium speciale de negat, quod ad reconciliationem sufficit.

151.

Ideum auxilium sufficiens ab efficaci distinctum clarè docet Medina 1, 20, qu. 109, art. 10, ubi sic habet: Scito quid Deus genuinum donum sua gratia conferre solet peccatoribus. Alterum quo possint resipiscere, & salvare; & hoc donum omnibus hominibus confert, de quo dicitur, Ecce sto ad ostium, & pulsio. Alterum est auxilium efficax, quo homo efficaciter converitur & salvatur: & hoc universis hominibus qui pereunt non confert: nam certè si confert auxilium efficax, converterentur, efficaci enim Dei motioni nemo resistere potest. Idem sentiunt Navarrete 1. p. qu. 19, art. 8. Bannez ibidem qu. 23, art. 3. Ledesma de Auxiliis qu. unicā art. 16, & alii communiter.

152.

Ad tertium nego Majorem, ad cuius probationem dicendum est, quod licet apud Grammaticos, nomine auxilii sufficientis, intelligatur illud quod omnibus modis sufficit, & præter quod ad operandum nihil ultrà requiritur; apud Theologos tamen & viros doctos, nomine auxilii sufficientis, intelligitur id quod dat potentiam totum complementum, & totam virtutem, seu sufficientiam ex parte actus primi, & principii habitualis ad operandum requisitam; quamvis non det actualitatem, seu complementum se tenens ex parte actus secundi, & constituens voluntatem in ratione principii actualis suarum operationum. Unde licet detur auxilium quod admittunt Theomisti in statu naturæ lapsa, & quod sufficiens appellant, non esse sufficiens grammaticaliter, erit tamen sufficiens theologicè. Et hoc duplicitate titulo: primo quia sufficienter

A excitat voluntatem ad volendum & operandum bonum supernaturale. Secundò, quia dat illitam sufficientiam, & totum complementum se tenens ex parte actus primi, & potentiamcedens (ut suppono ex Tractatu de Auxiliis) quamvis non tribuat illi actualitatem, motionem, & applicationem, per quam constituitur in ratione principii actualis suarum operationum, & fit poteris ad operandum, non solum potentiam antecedentem, ab actu secundo separabilis, sed etiam potentiam consequentem, cum operatione indissolubiliter conjunctam, & copulata.

Hæc responsio declarari & illustrari potest dupli ex exemplo aptissimo: Primum sumitur ex

B sententia plurium Theologorum, qui docent gratiam habitualem in Adamo & in Iustis habile vel habere rationem auxilii sufficientis ad actus supernaturales elicendos. Et in hoc sensu Doctor cum quo disputamus, intelligit & interpretatur, cum Conradus & Sylvio, D. Thomas,

cum ait 1. 20 qu. 106. art. 1, ad 2. quod lex nova, quantum est de se, auxilium sufficiens dat ad non pacandum: nomine enim auxilii sufficientis, dicit S. Doctorem non aliam gratiam intellexisse, quam habitualem & justificantem, quæ in nova lege in Iustis habet rationem auxilii sufficientis ad obtervanda præcepta supernaturalia; Atque certum est, juxta principia D. Thomas, solam gratiam justificantem non sufficere in Iustis, nec in primis parentibus in statu innocentia, ad actus supernaturales elicendos, sed præter illam requiri aliam gratiam actualiem & moventem, quæ habitus supernaturales & infusi applicentur ad agendum, & reducantur in agendum. Ergo non requiritur ad rationem & denominationem auxilii sufficientis, Theologicè sumpti, quod tribuat omnia ad agendum prærequisita, prioritate naturæ & causalitatis, & quod se solo ita sufficiat ad operandum, ut non indiget alio auxilio movente, & applicante ad agendum. Major & Consequentia patent, Mi

nor autem probatur expressis testimonio D. Thoma qui 1. 2. qu. 109. art. 9. querit, utrum ille qui in consecutio est & Iustus, per seipsum possit operari bonum, & vitare peccatum abuso auxilio gratiae. Et responderet quod homo ad recte vivendum dupliciter auxilio Dei indiget: uno quidem modo, quantum ad aliquod habituale donum, per quod natura humana corrupta sanetur, & etiam sanata elevetur ad operanda opera meritoria vita eterna, quæ dunt proportionem in natura. Alio modo indiget bonum auxilio gratiae, ut a Deo moveatur ad agendum.

C Quantum igitur ad primum auxilium modum, homo gratia existens non indiget alio auxilio gratiae, quod aliquo modo habuit insufo. Et hoc propter duo: Primi quidem ratione generali, propter hoc quod nulla res creata potest in quocunque actum prodire, nisi virtute motionis divine. Secundò ratione speciali, propter conditionem statu nature humana, quæ quidem licet per gratiam sanetur, quantum ad mentem, remanet tamen in ea corruptio & infusio, quantum ad carnem, per quam servit legi peccati, ne dicitur ad Romanos 7. Et in responsive ad. dicit: Etiam in statu gloria, quando gratia erit omnino perfecta, homo divino auxilio indigebit. Idem docet de primis parentibus in statu innocentia, locis

E supra nobis relatis, in quibus afferit, quod homo in utroque statu (nature scilicet integræ & corruptæ) indiget auxilio divino, ut ab ipso moveatur. Et quod mens hominis, etiam fani, non ita haberet minimum sui actus, quæ indigeat moveri a Deo.

Ex

Eadem veritas alio exemplo illustrari potest: Deus enim ratione sua omnipotens est perfectissimè, complectissimè, & sufficientissimè potens ad creandos v. g. alios mundos: quis hoc negat? Et tamen certum est, quod hæc potentia non potest prodire in actum, & alios mundos desfacere, delectu decreti eam applicantis, quod Deus non potest habere de novo, alioquin iuris fecundum mutaretur, ut suprà ostensum est. Si militet etiam, cum homo ratione auxiliis sufficientes habeat totum complementum potentiarum, quamvis caret divinâ motione & applicatio ne per quam talis potentia ad actum reducatur, debet tamen centeri complete potens in actu primo ad operandum, & elicendos actus super naturam. Unde sicut D. Thomas quart. 3 de Potentia, q. 1. docet quod quando dicitur, Non posse facere nisi quod praescivit, & deinceps distinguere soleret potentia antecedente, & consequente: vel si ly non potest referatur ad alium, conceditur, si vero referatur ad potentiam, negatur. Ita similiter, quando dicitur quod ille qui caret auxilio efficaci, non potest operari, non potest converti, non potest admirare præcepta, distinguendum est: potentia antecedenti, negandum. Potentia consequente, concedendum. Vel si ly non potest referatur ad actum, verum est. Si referatur ad potentiam, falsum.

Ex hoc patet responsio ad quartum, desumptum ex variis authoritatibus Scripturarum, Conciliorum, & SS. Patrum. Respondetur enim, quod quando Scriptura, Concilia, & SS. Patres docent hominem sine gratia non posse venire ad Christum, non posse credere, non posse converti. Si in eis locis sit sermo de gratia efficaci, haec intelligenda sunt de potentia consequente & infallibilitate, non autem de potentia antecedente & pura possibiliter. Et ita saepe clarè se explicat Augustinus de Natura & Gratiâ cap. 42, ubi dicit: Sarvâ & adjutâ homini voluntate, p[ro]ficiens ipsa simul cum effectu in sanctis provenit: quibus verbis docet, possibiliter cum effectu conjunctam, quæ est potentia consequens & infallibilitatis, esse à gratia efficaci: non tamen negat, possibiliter antecedenter, & ab actu separabilem, esse à gratia sufficiens.

Eadem explicatio aperte colligitur ex D. Thoma locis ab Adversario citatis, ubi dicit quod nullares erat a potest in actu prodire, nisi virtute divine matutius: hæc enim propositio sumpta in hac universalitate, & intellecta de omnibus casis secundis, etiam naturalibus, non potest esse vera, nisi explicetur & intelligatur de potentia consequente, nam certum est causas naturales, independentes à divina motione, habere potentiam antecedenter ad operandum, ratione virtutis naturalis quam à Deo in prima productione receperunt, & indigere solum ejus motione & applicatione, ut talis virtus de actu primo ad secundum reducatur.

Ad quintum quod sumitur ex definitione necessarii à D. Thoma adducta, dicendum est, illam esse legitimam, sed cum grana falso intelligendam. Quando enim dicitur, quod necessarium est illud sine quo finis haberi non potest, hoc debet intelligi, abstrahendo à potentia antecedente & consequente; ita ut si aliquid sit necessarium ex parte potentia & actus primi, finis illi haberi non possit, etiam potentia antecedente. Si vero illud sit tantum necessarium

A ex parte actus secundi, vel ut reductivum de actu primo ad secundum, finis sine illo haberi non potest, potentia consequente & infallibiliter cum actu conjuncta. Et ita cum gratia sufficientis se teneat ex parte actus primi, tanquam ejus complementum, & ut virtus elevativa potentia, sine illa homo non potest converti, nec observare præcepta supernaturalia, potentia antecedenti. E contraria vero, cum gratia efficax se teneat solum ex parte actus secundi, vel potius sit aliquis nexus intermedius, conjugens indissolubiliter actu primum cum secundo, ut docent Thomistæ in Tractatu de Auxiliis, ille qui caret auxilio efficaci, non potest converti, nec observare præcepta supernaturalia, potentia consequenti, & indissolubiliter conjuncta cum actu. Unde patet disparitas ad exempla de navi, de penicillo, de alimentis, quæ profert ille Doctor, & sapienter & inculcat: hæc enim sunt necessaria ad navigandum, ad pingendum, ad conservandam vitam, ex parte ipsius potentia, & actus primi; & ideo absolute & simpliciter verum est dicere, quod homo non potest navigare sine navi, pingere sine penicillo, & coloribus, nec conservare vitam sine alimentis. Gratia autem efficax non est necessaria ad operandum, ex parte actus primi, tanquam complementum potentia, sed tantum ex parte actus secundi, & tanquam ejus applicatio. Unde qui eam caret, non potest dici simpliciter impotens ad operandum (sicut qui caret navi & penicillo, censetur simpliciter impotens ad navigandum & pingendum) sed solum secundum quid, & cum addito: potentia scilicet consequente, & applicata ad actu, sive cum actu indissolubiliter conjuncta.

D Ad sextum respondendo quod licet auxilium sufficientis possit simul complere potentiam ad actus perfectos, & eam applicare ad imperfectos, ut Thomistæ docent in Tractatu de Auxiliis; auxilium tamen efficacis non potest utrumque præstare, & duo illa munia simul obire. Ratio discriminis est, quia cum auxilium sufficientis sit prima forma ordinis supernaturalis (prima in qua ordine generationis, non perfectionis) ac proinde nullam in tali ordine præsupponat, debet primò elevare potentias anima, easq[ue] complere in actu primo ad actus supernaturales elicendos; & cum aliunde sit quædam motio & prædeterminatio, debet illas applicare ad aliquos actus, sicut è imperfectis. Auxilium vero efficacis est secunda forma ordinis supernaturalis, & quidam nexus indissolubiliter conjungens potentiam cum actu: unde præsupponere debet potentiam jam elevatam & completam in actu primo per auxilium sufficientis, eamque solum applicare ad agendum, sive reducere de actu primo ad secundum.

E Ex quo pater responsio ad ultimum, concessa enim Majori, neganda est Minor. Ad cuius probationem dicendum est, quod licet auxilium sufficientis sit quædam motio & prædeterminatio ad imperfecte volendum, & elicendos actus imperfectos, qui præparant & disponunt ad perfectiores, nihilominus quæ est prima forma ordinis supernaturalis, non debet præsupponere potentiam priùs completam & elevatam ad ordinem supernaturalem, sed debet eam primò complere & elevare. Sicut videmus in naturalibus, quod prima dispositio aliam non præsupponit in materia, sed eam primò præparat ac

disponit, aliás daretur processus in infinitum. Auxilium verò efficax est secunda forma ordinis supernaturalis, ac proinde non debet primum completere potentiam, & elevare ad illum ordinem; sed potius debet eum presupponere completam & elevatam per aliam formam priorem, scilicet per auxilium sufficiens, eāmque solum ad actus perfectos movere, & applicare.

## DISPUTATIO V.

## De Efficacia Voluntatis Dei.

**C**elebris est hæc disputatio, ex illa enim pendet resolutio plurimorum difficultatum & controversiarum, quæ inter Thomistas & Recentiores his temporibus agitantur. Unde hæc materia accurate pertractanda est, & veluti ad pondus Sanctuarum ponderanda: id est ad normam Scripturae, doctrinæ SS. Patrum, & rationum theologicarum, diligenter examinanda.

## ARTICULUS I.

An circa nostros actus liberos, Deus habeat decretum de se efficax, vel purè indifferens, ac expectans determinationem à libero arbitrio?

## §. I.

Quibusdam Præmissis, referuntur sententiae, & vera eligitur.

**N**otandum primò Effectus qui à Deo procedunt, tripliis esse generis. Quidam enim à solo Deo procedunt, hinc illo consortio & cooperatione causæ creatæ, ut creare Angelum, glorificare animam, dare primam vocacionem &c. Alii causantur à Deo cum consortio causæ creatæ, sed naturalis & necessariæ, ut illuminatio, calefactio &c. Alii deinde ab illo producuntur cum cooperatione causæ creatæ liberae: ut actus charitatis & contritionis, justitiae vel temperantiae. De actibus primi & secundigenarum, nulla est difficultas vel controversia inter Theologos: evidens enim est dari in Deo decretum ex se efficax, antecedenter influens, & natura suā causans tales effectus. Unde tota difficultas & disputatio devolvitur ad actus tertii generis, quos Deus efficit cum consortio, & cooperatione causæ libertati & indifferentiæ officere, ac repugnare videtur efficacia antecedens decreti absoluti & determinati.

Notandum secundo: Duobus modis decretum divinum posse dici indifferens. Primo quia nullum actum determinatè respicit, nulāmque determinat actionem in specie, sed indifferenter se habet ad quamcumque operationem, & expectat determinationem à voluntate creatæ, quancum ad speciem actus. Secundo decretum potest volari indifferens, quia licet determinet & applicet voluntatem ad aliquem actum in specie & in individuo determinatum, eam tamen determinat per modum liberi, & relinquendo in ea indifferentiæ positivam & actualē, seu potentiam ad actum oppositum. Et in hoc secundo sensu, non negant Thomistæ, Deum circa nostros actus liberos habere decreta indifferenta, sed tantum in primo, de quo solum procedit præsens difficultas & controversia.

**A** Notandum tertio: Aliud esse voluntatem Dei esse efficientem, & aliud illam esse efficacem. Nam efficiens præcisè dicitur ab effectu qui de facto sequitur, & ita sufficit ad hoc quod sit efficiens, quod concomitanti concursu, vel etiam ex associacione alterius causa, ipsa voluntate contenta sit de se efficax, requiritur quod ex direzione & fine præconcepto, ita moveat ad effectum, quod determinate moveat ad talen-tem effectum in specie, & in individuo, non vero à indeterminate & indifferente se habeat, quod ex illa æquè bene possit sequi, vel non sequi effectus. Et in hoc magna contingit æquivocatio, & hallucinatio apud aliquos Recentiores, qui confundunt efficaciam divinæ voluntatis & gratiæ, cum ejus sufficientia; & ex hoc quod gratia non influat in actus liberos nostra voluntatis, nisi cooperante libero arbitrio, inferunt illam non esse efficacem ex se, sed solum ex consensu & cooperatione liberi arbitrii. His præmissis

Circa propositam difficultatem duæ sunt celebres sententiae, quærum prima negat in Deo decreta ex se efficacia circa nostros actus liberos, & astruit purè indifferenta. Ita Molina in pluribus suis concordia locis, præterim quæst. 14. art. 3. diff. 26. § Neuter. Suarez prolog. 2. de Gratia cap. 8. Lessius lib. de Gratia effectus cap. 4. & alii Recentiores communiter, affirmantes Deum offerre voluntati creatæ concursum indifferente & generaliter ad unum actum, & ad oppositum, quatenus est de se ad utrumque paratus; & a voluntate creatæ determinari speciem actus ad quem Deus concurrat.

Adiungit quod, ratione hujus decreti generalis & indifferenter, divina omnipotencia ita maneret conjuncta & connexa voluntati creatæ, ut hæc operante, illa necessariò cooperetur, & veluti simul trahatur ad operandum. Quod ut magis explicit, constitutum exemplum in habitibus: nam hoc ipso quod potest voluntatis produceit actum supernaturalem dilectionis, influendo in illum: eo ipso simul influens habitus supernaturalis charitatis. Simili modo (inquit) cogitandum est, divinam potentiam, veluti habitum quendam omnibus rebus intime incidentem & connexum, simul in omni operatione cooperari, & determinari ad speciem actus ab ipsa voluntate creatæ, quamvis illam determinet quantum ad individuum. Tale autem decretum generale, quidam volum esse conditionatum, eo quod nihil per illud Deus absolute decernat, sed dependenter à conditione quadam, scilicet si voluntas determinaverit: quā posita purificatur, & transit in absolute, fitque absolute efficax in actu secundo, & producit concursum ad extra. Ex quo inferunt, non opus esse alio decreto, quo Dei concursus absolute præparetur. Sicut, inquit, cum quis donat aliquid sub certa conditione, posita illa conditione, donatio fit absolute, & efficax in actu secundo, produciturque suum effectum vi suā, neque opus est illam sub forma actus absolute repetrere. Alii tamen existimant, decretum illud indifferens, non esse conditionatum, sed absolute & generale, concurrendi scilicet ad omnem actum ad quem voluntas creatæ voluerit se determinare, illudque non sufficere ut effectus determinatè fiat, sed præter illud requiri aliud absolutum, quod ipsi